



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XLV. De Successionibus intestati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

DE SUCCESSIONIBVS INTESTATI, LIB. XLV.

De intestati successione in genere.

CAP. I.

Lib. 3. Infit. tit. 1. lib. 38. P. tit. 7. lib. 6. Cit. 54. & 57. Nouell. us.

- 1 Intestati successio a iure diuino firmata.
- 2 Testamenta prater iuris & naturae ordinem videntur recepta & permessa. & quare.
- 3 Intestatus quis mortuus presumitur, nisi de contrario doceatur.
- 4 Intestati successio, quibus personis deferatur: formula & ordo succedendi, finis, & rationes. nu. 5. 6. & seq.
- 7 Lex intestati successione deferens, imitatur naturam voluntatis humanae.
- 8 Proximus in successione a quo tempore consideratur.
- 9 Luctus & hereditas mortui ad eandem personam pertinent.
- 10 Tutela filiorum mortui, & hereditas ad eundem deferuntur.
- 11 Familia conseruatio in successione proximorum. & de lubilai Hebraeorum utilitate.

Intestamentaria causa prior explicata est, quae veluti priuilegiata, voluntati expressae dominiorum permessa fuit. Vnde praecipua eius pars institutio est, quasi extranei intra ius succedendi facta positio. Iure tamen communi proprie dicta est legitima quoque successio, ea quae sine testamento certis personis deferatur, ex iure diuino maxime suum robur habens, vt familiae integre conferretur, quo mandatum erat, vt res transiret ad posteros eiusdem generis. *Leuit. 25. n. 27. Deut. 2. & 4. & Psal. 2. ubi, dabo tibi gentem hereditatem tuam.* veluti lege quadam naturae id iudicente. *l. in quor. honor. C. glo. in c. ius naturale, 1. dist. §. principium itaq. de her. & Falc. in aut.*

2 Et si sunt plures regiones seu prouinciae, quae non norunt, nec adhuc admittunt aliam, quam intestati successione, nec in omnibus admittunt testamenta. *au baillage de Marny, tit. des successions, art. 237. in consuet. Et d' Orleans, ius. des donat. & testaments, art. 14. Et tit. des successions, art. 267. Aux consuetos de Paris, tit. eod. des successions, art. 120. Poitou, tit. des testaments art. 208. Plois, tit. des successions, art. 157. Char. tres. eod. tit. art. 95. Bourbon nois, eod. tit. art. 324. Auvergne, tit. des testaments, art. 53. Argentonnois, eod. tit. art. 114. &c. quae pluribus viti sunt veluti contra ordinem naturae inuenta, ex eo quod quis disponat de reb. suis posteaquam desinit esse dominus rerum, post mortem videlicet, quae vt omnia §. deinceps, de imp. in aut. coll. 4. ita dominium soluit. Etenim testamentum tantum post mortem valet. *ad Heb. a. c. 9. c. cum Maribus, de celeb. missa.* Neque firma est eius omnino dispositio, ante quam datur quodammodo quaeque; & intraxit se heres cum testatore, post mortem eius ad eundem. *L. apud Iulianum §. fin. & l. seq. ex quibus cas. in possess. nat. P. §. heres quoque, de obliga. qua ex qua. con. nos.* Et ita per se legitimum potius, & ex consuetu gentium facti a iure testamentaria possessiones, cum vere nemo sibi eligere successorem possit post mortem, quo tempore potestare caret: vt de electione successoris in episcopatu responsum est. *c. Ap. falc. am. §. his omnib. 29. 1. facit. L. quod sponsa. de donat. ant. nu. 1. c.**

3 Et si proinde, cum facile cas reuertatur ad suam naturam, si vnus ex argentariis, §. pactus ne peto. et. ve. §. quod & in specie, de pact. P. si non aperte doceatur de mortui testamento, is praesumitur decessisse intestatus. Et qui testamentum allegat, probare debet: quia intentio eius, qui sine testamento dicit & ab intestato se esse successorem, iure communi defenditur. *§. intestatorum, cum §. §. seqq. de hered. qua ab int. def. l. 1. §. fin. de suis & legiti. aut. in successione, C. de suis & legiti. hered. lib. 6. C. tit. 5. §. 1. de hered. ab int. veni. in. aut. l. iuris consuetus de gradib. affirma. Et iusta hereditas illa absolute, quae ab intestato deferatur. *l. si quis, de her. ab intest. veni. in. aut. in. aut. de funto. ad Tertull. C.**

4 Intestatus si quis dicatur, iam superiori libro satis explicauimus. Res istius successione, quae hereditatis sunt testamentariae. Personae porro, sunt descendentes, ascendentes, collaterales, masculi, foeminae, nati & posthumi, a quibus, & quibus debetur successio.

5 Formulz vero succedendi, secundum quas negotia expe-

dienda sunt istius successione, habent secundum personas spectabilem ordinem: vt primum vocentur descendentes postea, ascendentes, hique deficientibus collaterales, §. restat, de iur. de hered. ab int. veni. & alii post hos: vt postea Deo iuuante apparebit. **6** Finis, si habere hereditatem defuncti, & in locum eius venire. **7** Rationes si porro cur haec successio intestatorum recepta sit, ex pluribus tres accipe. Prior erit, quod in tubidum voluntatum viuentium morte interceptarum lex successione hanc introduxerit, vt quod fere omnes desiderant, nempe sibi communis sanguine potius sua bona habere, & quo gradu proximiores sunt, eo magis vt plus dilecti, id sua prouidentia suppleret, facit. *l. 1. fami. ercisi.* Sicque ex arbitrio viuentium, desideria morientium non sine ratione colligimus. *l. 4. de natur. lib. C.* Sequitur in hoc lex naturae non corrupta in homine voluntatem, & vt natura vocat volentes proximis regulariter sanguinem ad successionem, *l. in quor. leg. C. hic & lex. l. 2. §. legitimus, de suis & legiti. her. P.*

8 Considerat si vera proximitatem, secundum tempus quo si. **9** ne testamento quis decedit: vel si cum testamento, quo tempore ad causam intestati recidit, vel repudiatione facta, vel alio modo. *d. l. 2. §. proximum non cum, de suis & legiti. §. proximi, de legiti. agnat. succed. l. si ex duobus, vnde legiti. P.* Proximus is est, quem nemo capax successione antecedit in gradu, *l. 2. §. hereditas, & §. legitima, de suis & legiti. hered. P. l. 1. §. si quis proximior, vnde cognat. eiusque numeri erit qui adhuc natus non est, veram conceptus nati spectatur, & genitus, & qui gestatur in utero. d. l. 2. de suis & legiti. §. cum autem de here. qua ab int. def. apud Iustin. Quae quod pertinet ad suum commodum, qui in utero est, pro nato habetur. *l. qui in utero, de sta. hom.* Hicque proximis superlatiuum vim habet, perinde ac si dicamus proximiores, vt in §. fin. de ca. dimittit. Et in eos itaq. quia proximi & proximiores dicuntur, recte primum deferatur successio, & hereditas: alii qui quae praeterit & praeposit extraneos, videtur iniuriam illis irrogare. *l. 4. de in. testa. P.* Quod Cicero innuit, dicit de liberalitate tractat. *1. Officior. dicens: Ne maior sit benignitas quam facit as. Nam qui benigniores esse volunt, primo in eo peccant, quod iniuriosi sint in proximis.* Cuiusmodi cōtrectare Papinianus, *l. si fratres, §. 3. §. idem respondit, in 1. pro suo. P.**

9 Secunda si ratio, deferri successiones intestati ad proximo. **9** res, quia ad hos luctus etiam magis pertinet defendendum, *l. manifestissima, §. sed cum in secundam, de furt. C. l. vni. §. pro secundo, de cad. toll. C. vt ait iure iuratum, de iure d. t. P. §. h. 37.* secundum naturam est, vt ad quem pertinent incommoda, pertineant & commoda. *l. quo tutela, de reg. iur. §. 1. de legiti. pro. o. iure. §. ex his, de hered. ab int. veni. in. aut. in.* Proximioribus autem proximorum deferatur ordo, nempe tutela. Ergo & successio nona deferri aequum est. *Leuen. Numero 25.*

10 Sed si & postremo, familiarium nomen ex eo seruatur, **11** dum ad proximis tantum deuoluitur successio defuncti, & tunc quod maxime curae fuit Hebraeis populo Dei vique adeo, vt tempore lubilai singulis quae quaginta annis, res redirent in familiam pristinam. *l. cum seruis §. in omnib. de agris. & cons. lib. 11. C.* Omnes quippe cognati qui de familia sunt, videntur esse vnum quoddammodum corpus.

De successione descendendum filiorum & filiarum ex legitimo matrimonio, secundum iura ciuilia & Pontificia. Cap. 2.

- 1 Intestati successione primus gradus filiorum legitimorum & naturatum.
- 2 Filiorum ab intestato antiquorum varia successio.
- 3 Matris successio filio quando non deiciat, & quando delata, & quomodo.
- 4 Spuri quomodo succedat matri, & de ed. lo. vnde liberi, eod. §. num. 5.
- 6 Filiorum intestati patris in iure non sicut successio qualis.
- 7 Monachi successio: eadem ab intestato parentibus in scriptis, non iure Gallico. §. 8. & 9.
- 10 Religionis ingressus patris quid relinquit filijs.
- 11 Filij damnatorum capitalis crimine, an, & quomodo succedant in Gallia patri.

12 Filius in successione patris intestati cur preferatur parentibus ascendentibus.

13 Filius praeter ceteros diliguntur proximis.

14 Filius pro modo idem cum patribus & persona & voce.

15 Ritur successione ratio considerat descendentes, inter quos filii naturales & legitimi primum gradum tenent. Scripiam quippe est in lege divina, Filius, ergo heres, ad Galat. 4. c. D. Pau. anth. in successione, de suis & legi. C. §. intestatorum, de hered. qua ab int. def. §. preferantur, de Sena. Tert. lib. 3. Insti. tit. 3. Qui dicantur filii, tam in personis docemus, lib. Syntag. Res autem hereditate notationem, Personae quoque hic ascendentium considerantur, a quibus successio pendit: & descendentium, quibus defertur, quae separatim explicatae sunt in usurpatione tractatum de gradibus consanguinitatis locuti sumus, lib. 9. Syntag. c. 9. n. 14. Et ideo ista generalia nec hic, nec in aliis sequentibus capitibus specialiter explicatio ne proficere possunt, sed tantum formulae succedendi, finem, & rationes, quibus successio distinguitur & lumina capit.

16 Quiaque ut intelligamus ordinem, & veluti historice successione filiorum feriem, & iudicium antiquae mediae & novae jurisprudentiae variam sententiam, & emendationem, prius quam in iure civili tradita sunt Romanorum, deinceps quorundam gentium aliarum leges hanc de re stabiliemus. Iure legum duodecim tabula, vocabantur ad successione legitimum parentum sui tantum, id est, qui erant in potestate eorum tempore mortis, exclusis filiis emancipatis. Nam illi secundo ordine vocabantur, & exheredari quoque tanquam proximiorum consanguinei, l. §. quare, cum seq. §. de suis & leg. hered. P. §. sui, de hered. qual. Et dif. Sui aditione non egebant, sed statim esse iure fiebant heredes, facta continuatione in eius domum patris, l. in suis, 14. de suis & legi. her. P. l. in suis, de li. & posth. P. Et vellent aut nollet, fiebant heredes statim necessarii, in d. §. in autem. Et haec in bonis tantum paternis obtinebant. In maternis vero, quia matres non habent filios suos vel in potestate, l. nulla femina, de suis & legi. P. §. femina, de adopt. eo iure 12. tab. filii matris non succedebant.

17 Nam, ut ait Iulianus, §. 1. de Sena. Tertull. lex duodecim tabular. ut astrictiore utebatur, & proponebat masculinorum progeniem: & eos, qui per feminam sexus necessitudinem sibi coniunguntur, ad eo expellebat, ut nec inter matrem & filium filiamve ultra utroque hereditatis capere de iure daretur. Nisi quod praetores ex proximitate cognationum, eas personas ad successione bonorum, possessione unde cognati accommodata, vocabant: donec fuit admilla successio, ut legitima filiorum in bonis matris, ex Senatuconsulto Orficiano, in §. 1. de Sena. Officia. d. lib. 3. Insti. tit. 4. l. 1. C. cod. lib. 6. tit. 5. lato sub M. A. I. etimo philosopho, & filio eius Commodo Cornelio Scipione Orphitis, & Vello Rufi. coll. anno Domini nostri Iesu Christi 181. meminimus de istis consiliis Eusebii, de temporib. Europ. lib. 8. c. 6. Lamp. id. in Antonino. Post quod Senatusconsultum, praetor quoad beneficium bonorum possessionis in personis dabat, & ex edicto, unde legitimi, succurrebat ex hoc Senatuconsulto, l. 2. §. fin. & l. 3. vn. legit. P. l. 1. §. fin. ut ex l. & Sena. & c. in P. Itaque per Orficianam, filius filiae matris, alius consanguineus defunctae praefertur, d. l. 1. ad Orf. c. imo & patri vel matri defunctae, qui nepotibus existeretibus filiis non succedunt, siue filii emancipati sint, siue in patris sint potestate, l. quos 4. C. cod. Et ita filii, si plures sint tempore mortis, in vires partes succedunt matri. Et si antequam hereditatem maternam quaererent, ex rebus huiusmodi exenti sunt, transmittunt ad suos ius adempti, si non repudia verint, l. 2. in l. gl. C. eo. l. de iis qui ante apert. tab. C. Neque necessarium fuit beneficium praetorium filii matris, cum iure civili successione petere possent ex Senatuconsulto illo, l. 3. C. eo. Ut vereri non deberent lapsum anni, qui tantum in successione praetoria dabantur liberis, l. §. largius, de succ. edic. P.

18 Et praeterea factum etiam, ut matribus succederent ipsi filii, ad est, siue matrimonio legitimum, vulgo ex meretricie concepti, §. non, si ius, de Sena. Officia. d. lib. 3. §. 1. §. de vni. quoque, ad Sena. Tertul. P. Exceptis matribus illegitis, quibus non succedunt ipsi filii, legitimi & naturalibus existitibus, propter generis de decus, l. si qua illustris, C. ad Orf. §. Huius praetor Orficiano. Orficiani praetor ius naturalis aequitate, quae non considerabat patriam potestatem, & ita filios admittit sine sinitate ad ius successione matris, detulit quoque emancipatis liberis vna cum suis successione bonorum patris ab intestato mortis, per edictum, unde liberi, l. fin. C. vn. libe. l. 2. §. 1. C. de m. u. P. §. emancipati, de hered. qua ab int. a. fer.

Atque tandem nouissimo iure civili, expensis naturalibus caussis pleuius, factam est, ut in gradu hoc primo descendentium sicut in ceteris ascendentium, tabulata sit omnis sexus & potestatis differentia, & qui eiusdem gradus sunt, pari modo admitti statutum est, §. 1. de her. ab int. veni. in a. ubi. coll. 9. tit. 1. a. ubi. in successione, de suis & legi. l. C. Quodque in successione patris intestati lex duodecim tabul. approbat, ut nulla distinctio esset sexus filiorum & filiarum, l. maximum vitium, de lib. prateri. C. l. lege 12. tabularum, de legi. her. C. hoc ipsum ius nouum in matrem extendit, ut nulla esset differentia patris & matris. Ut ait Phalaris ad Erythriam vx. rem ferbens, epist. §. 4. κατὰ μὲν τὸν ἀπομαρταλον λόγον, πατὴρ δὲ εἶναι μάλλον παῖς ἢ μήτηρ, κατὰ δὲ τὸν ἐν γρομνέσει ἐν ἡμετέροις ἴσθ', id est, Secundum ius rigidissimum, filius patris non matris est: secundum vero humanum, viriisque.

Itaque facta est aequalitatis regula huius successione sine distinctione, ut descendentes a ascendentibus praefertantur, d. l. intestato. §. l. si marit. & a. ubi. §. i. in testatorum, de her. qua ab int. defert. nulla quoque distinctione adhibita natouum & posthumorum, d. l. intestato. §. §. posthumi, de her. qua ab int. defert. in causa ratione. l. qui in utero, de sta. homin. P. secularium aq. relig. o. rum. Nam illi iure civili succedunt, vel monasteria loco eorum, l. §. si vero, C. de episc. & cler. a. ubi. mis. rogati. ad Trebell. C. nisi ex iure pontificio, profecti sint regulam Sancti Francisci, elem. ex. u. §. cum enim ad veritatem de verbo. signis. in cle. Tradunt interpretes filiam, quae in ingressu monasterii non fuerit dotata, posse post ingressum monasterii petere dotem, ac si nupisset marito. Attamen datum a patre & positum supra altare, pro legitima censeri positum, neque quicquam ultra peti posse pro eadem, Guil. Bened. ad c. Raynutus, ad verb. dotem quam ei de dera, num. 7. de test. Bald. in l. si de dot. promiss. Excipe legem Burgundiorum, quae ita statuitur, in legi. Burgund. a Gundabado rege promulgatis, tit. 14. de success. §. 4. §. 6. 7. Si qua puellula deo venerit, & in castitate permanserit, si duos fratres habuerit, tertiam partem hereditatis accipiat, hoc est de ipsa terra quam pater eius sortis iure possessionis tempore reliquerit: si plures habuerit fratres, portio semper ei debita referuetur: si unum habuerit tantum, non medietatem sed tertiam partem consequatur. ea conditione, ut post obitum eius, scilicet mortis tempore, si in usufructu nario de patris rebus acceperit, ad proximos parentes pertineat, nisi quae inde alienandi habeat potestatem: nisi forte quod in matris bonis est, in ornamentis ceterisq. rebus, aut suo labore conquisita, hoc ius tantum censurimus esse praestandum. Quod in fauorem religionis factum est. Alioquin existitibus masculinis, filiae non succedunt ex lege Burgundiorum antiqua, §. 1. in d. tit. vbi sup. §. Ceterum, huius generalis consuetudinem regni Galliarum oportet annotare, ex qua filii vel filiae, qui queve ingrediuntur religionem, sunt incapaces successione patris, matris, & proximorum aliorum: quod pluribus rationibus firmat Guil. Bened. ad c. Raynutus, ad verba, & uxorem nomine Adelaisiam a numero 250. ad numerum 264. probant hanc consuetudinem, qua non succedunt monachi & religiosi, domini de Rota, in dech. 1. vn. de consuet. Fel. in c. ecclesia sancta Maria, 26. col. ver. sec. 10. quero. de consuet. B. vt. cons. 35. Prima, quod familiarum nomina exitum tenentur. Secundo, quia manus mortuae monasteria: & ideo oterbas realibus res oneratae, peritri sistunt possiderent. Tertio, quia auarissimum genus, ut plerumque, contra professionem emutationis bonorum temporalium. Quarto, quod iure diuino Deus prohibuerit dariis successione inter proximis, & sacrificia, oblationes, primitiae, decimae, & reliqua id genus pro portione illis dentur, l. cetero. 8. cap. Quinto, quia pro mortuis & sepultis habeantur, v. de D. Heron. 3. parte operum, tract. 8. epist. 36. incip. an illi moti sensus, c. relatum, §. licet, de testa. Facit sexto, quod monachorum cogitatio est in caelis, §. de milit. v. qui arma, bel. dep. in v. l. f. e. d. non dicitur, 1. 2. §. 2.

Solent tamen curiae supremae, interdum ex aequitate, pro fellis praesertim masculinis, subsidium quoddam, quod vocamus praesertim, super hereditate vel bonis patris, quandiu vixerint in alimta concedere: si monasterio facultates non sunt pro vi. Quia idonea. Nunquam tamen bonorum proprietates in totum vel in partem adiudicatur. Idque exemplo seniorum, qui lecti sint bonorum incapaces: tamen de alimentis eis prouidetur per iudicem, l. si quando de ord. cogni. C. De virginum Deo dedicatarum successione, plura videto apud Aitonum Capicium, to. decisio. Neapolita. Et de ea qua vi metusve causa ingressa erat religionem, in ca. 1. de iis qua vi metusve cau. Et ibi Pau. Butrig. & Calderi. conf. 1. de iis qua vi vel metu, deci. conf. 219.

10 ¶ Statuant & ciuilia iura, si pater ingrediatur religionem, liberos tantum legitimam consequi, si post ingressum monasterii moriatur, antequam inter eos diuidat bona sua, vel antequam testatus fuerit, § si qua. de sancti episcopi in athen. colla. 9. a. ubi si qua mulier, C. de sac. eccle. Exceptis illi qui minorum ingrediuntur religionem, qui relinquor bona omnia filiis vel aliis proximis, ipso ingressu: nisi ante testati sint aliter, Bar. ad d. a. ubi si qua. per d. clemen.

11 ¶ ex. de verb. sign. ¶ Hinc & excipiuntur etiam in Gallia filii damnatorum vltimo supplicio, qui nisi speciali nomine ex sententia iudicis referuatam habeant partem successione paternae, excluduntur a fisco. Quia, confiscato, vt diximus, corpore confiscantur & bona, Nisi exceptum sit, quantum pro filiis vel vxore detrahendum sit. Et paulo ante in legitima annotauimus id ipsum in omnibus criminibus vltimo supplicio plectendis seruandum esse, quod in bonorum proscriptioe ex crimine laeae vel imminutae maiestatis humanae statutum est, in l. qui quis, ad leg. Jul. maies. C. nec seruati a. ubi bona damnatorum, de bonis proscriptorum c. cap. sed potius contrarium ius, l. de bonis matris, 6. eod. tit. Et si quando ex aequitate & gratia iudices referunt filiis & filiabus portionem quandam in eo sequimur l. f. na. C. eod. & l. cum ratio. de bon. damnatorum P. Imitati Adriani Caeraris humanitatem, qui liberis proscriptorum duodecimas bonorum concessit, vt scribit Aelius Spartianus, in vita Adriani.

12 ¶ Cur autem liberi potius, quam pater vel mater defuncti admittantur, ratio datur a Pomponio in haec verba, Non sic, inquit, l. scripto. vnde libe. P. parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hereditas. Cum parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittat: liberis vero, simul natura & parentum commune votum. Miserationis ratio, est pietas reciproca & turbatus ordo, ex quo superiores veniunt in successione descendendum, in l. nam & si parentibus, de inoff. testa. P. & in solatium liberorum amiliorum, l. iure succursus, de iure dot. P. Ordo naturae est, seniores prius intrerire, vt prius nati sunt: posteros superesse, & succedere. Vnde ratio naturalis, liberos prius vocari debere ad paterna bona suadet, l. cum ratio. de bon. dam. P. § primum itaq, de her. & falc. § 1. de trien. & semi. in a. ubi. Ita enim filiis prouidens parens communis omnium natura, ne vnquam bona illis sint defutura, vt ait Chrysanthus apud Xenophonem, lib. 8. Cyrip. Et Tryphonius lege consignauit, l. nihil interest, 50. de bon. libe. lib. 38. P. titu 2. omnia quae nostra sunt, ex voto liberis nos parare. Et Euripides, in Iphig. in Aulide de adu 4.

δενδν τὸ πῆκεν, ἃ φέρει φιλτεσν ἰερά, πᾶν τὸ κείνον, ὡς ὑπερβυμέν τείνον, id est,

Res efficax peperisse, fertq, vim amoris maximam, Omnibus commune est, vt pro suis maxime laborent liberi.

Et Phalaris, epist. 74. ad Erythriam vxor. eis tines, ἃ τὸ τίς ἀναγορεύσας ἐν καίῳ πειρωσάσει, ἡναυκὸς ἢ παίδος ἢ ἀπομυθῶν, id est. Quis enim familiarum gratia locupletari cuperet, non vxoris vel filii salicium?

13 ¶ Secunda ratio ducitur a praesumptione legis, quae est subsidiaria, quae colligit ex his quae fieri solent, noluisse defunctum alienam sobolem propriae praepone, atque filios suos magis dilexisse, l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. cum auus. de cond. & demon. l. generaliter. § cum autem. de insti. substi. sub con. f. C. cum nullus affectus sit qui vincat paternum, l. si. § 1. de curat. furio. C. l. si qui dem, quod met. cau. P. Vt neque paterna vel materna iura aboleri possint, l. cum adoptiuis. § cum enim per omnia, de adopt. C. Et ita praesumit lex patrem, si dispositus filio hereditatem non fuisse ablatum, l. pen. de in. codicil. P. ¶ Tertia ratio, quod filiis patentes, non parentibus filii thesaurizant, c. cum Apollolus de censib. ca. predicator. 16. q. 1. ad Gala. 12. Et proinde filii etiam dicuntur videntibus patribus quasi domini, l. in suis, de li. & possib. § l. in suis. de suis & legi. P. l. licet inter gesta. § 8. § patronos, de verb. sig. P. cum quibus, vt ait Cicero, Verri. 3. viui bona nostra partimur: quia pro eadem per se habentur, l. si. C. de impube. eademq; filii & patris vox, § ei vero, de inuis. stip. vnum corpus, vna caro, c. contradiximus, § haec auctoritate, 35. q. 3. Et in filio pater viuit. Etenim, vt ait Callistratus, l. liberorum appellatione, 21. o. § si. de verb. sig. P. idcirco suos filios, vt concipimus atq, edimus, vt ex prole eorum carum: vt dicitur in aris nobis memoriam in auum relinquamus. Filii, inquit Aristoteles, 8. Ethic. a parentibus genti sunt, veluti alteri inseparati. Fuerunt & aliqui vique ad deo huic sententiae additi, vt patrum & mores patris aut maiorum, cum etiam corpore forma infundi in corpus filii, D. Thomas 1. par. q. fin. art. 1. Vt Tertullianus, lib. de anima. vir grauissimus alioquin, cuius tamen opinio reprobata est, ex anima

patris deradi, vt ex omnibus membris semen, & in generandum filium transfunditur. Notum & illud est Garamantes popululum Africae, in Cyrenaica regione, quibus nulla certa vxor est, ex illis qui tam confuso coitu parentum passim ex incertis nascuntur, quos pro suis colant, formae similitudine cognoscere, P. M. A. ia, lib. 1. de sin. orbis, c. 8.

De Successione intestati filiorum Primogenitorum, Secundum leges & consuetudines regionum. Cap. 3.

- 1 Primogeniturae ex lege natura privilegia quadam, ex consuetudinibus alia, & per sonalia in lege scripta diuina. § nu. 2. & 3.
- 4 Regnum successione delatum melius quam electione datum, quare.
- 5 Cui regis de primogenito sententia.
- 6 Regnum Gallorum seu Francorum antiquorum catalogus, nomen & series, & in primogenitos per successionem regni delatiorum legos, & insignia noua & antiqua. nu. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.
- 13 Regnum Francorum iure gentis, non electionis delatum proximioribus.
- 14 Fendi lex vel pactum vt primogenitus succedat, seruatur.
- 15 Primogenitus vt succedat in dignitate patris, dicitur etiam gentis ante dignitatem adeptam.
- 16 Britannorum primogenitus solus succedit exclusis aliis.
- 17 Primogenitura ius transfertur in suos, primoque gentis praefertur patris.

¶ Via filiorum successio pene naturalis, vt probatum, omnino est, omnes quoque orbis regiones in ea conueniunt: paucis tamen immutatis vel circa ordinem filiorum, vel circa sexus distinctionem. Lege naturae, populus Deo peculiaris, ante datam Mosi legem, primo geniti, quis dicitur primogenitus vide c. Ioseph, de ver. sig. l. ex duobus, de vulga. l. qua duos, de re iud. ceteris in quibusdam praeponebantur: gerebant enim vestem quamdam singularem inter ceteros, qua vt opinor sacrificabant altissimo, & vtebantur diebus solemnibus, Genes. 47. fratribus imperabant, duplicem portionem capiebant, benedictionem a patre accipiebant praecipua, priores in donis, maiores in imperio, Genes. 49. Et horum imitatione, pastori ecclesiae in terris primo, summo pontifici, insignia supra omnes pontifices & sacerdotis Constantinus imperatoria concessit, quae enumerantur in ca. Constantinus Magnus, 96. dist. Plura etiam primogenitis principatus Galliarum, duca, & baronum, in successione parentum debere ostendit & enumerat Ioan. de Terra rubea, in primo tractatu contra rebelles suorum regum, art. 1. Idque per decem conclusiones, ad feruere fert Guill. Bened. ad c. Raynuius, in ver. & eodem testamento relinquens. l. nu. 16. 17.

¶ Licet & in Gallia plerisque prouinciis, & in pluribus nobilium successioibus, eam primogenituae legem obseruare, quam vt me expediam, perpendes secundum proprias cuiusque consuetudines, in quibus statuitur, quid praecipuum debeat habere primogenitus, & vt plerumque vt capiat titulum domus habitationem seu castrum, vel domum fortiozem, cum clausura seu septo quatenus volatus caponis extendi potest. Et si nihil aliud praeter hoc sit, fratres ipsa priuantur consuetudine illius rebus, quae apud primogenitum remanent, vt alias iudicatum in curia suprema Parisiensi, 25. Maii, 1555. Pap. lib. 21. R. hap. are. tit. 5. du droit d'ameffe. are. 2. Quod tamen ius uota esse personale: & ideo repudiante primogenito, non pertinere ad secundogenitum viuo primo, sed diuidi inter fratres aequaliter: vt alio are. l. praedictae curiae dictum est, 9. Septemb. 1552. idem eo. ar. 1. probat. l. cum patronis, 2. §. de leg. 1. ¶ In lege diuina post legem naturae a Deo data, licetis assignata per Moysen & eius posteros, primogenituae beneficium maxime in deferendis dignitatibus, quae hereditario iure transmittentur, conseruatum est, iuxta prophetiam Iacobi patriarchae, Non auferetur sceptrum de iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui missendus est, & ipse est expectatio gentium, Genes. 49. Sic Adonias filius primogenitus Dauidis iure primogenituae recte regnum patris sui petebat, nisi Salomonem fratrem eius diuina dispositio vocasset, 3. Reg. 6. 2. Ocholz regis frater eius successit in regno, quia Ocholz filium non habebat, 4. Reg. 1.

¶ Sunt & alia regna, quae non successione hereditaria transferuntur, sed per successione generis in primogenitos, vel ex praescripto legis diuinae, vel ex lege regum, vel ex consuetudine approbata & conseruata per manus maiorum, ob pacem & concordiam populi

populi & subditorum, & ad legum statuta robur. Etenim prae-
ter tumultus, caedes, & ciuilia bella, quae in electionibus principum
solerit oriri, ubi successio locum non habet, experimento edocti
fuerunt, nullam posse translationem regni a genere in genus fieri
sine mutatione Reipub. & absque legum priorum abrogatione,
translatio, de constit. Dicitur & euentus quoque, plurium principum
patu qui vni secederet, diuisionem esse sepe, & bellorum se-
getem: vt ex Remo & Romulo didicit Roma, ex Caino & Abele,
primi parentes: & alia regna & Gallia domesticis exemplis, quae
prosequitur Guillelm. Bened. in c. Raynaldus, ad ver. in eodem
i. *testamento relinquens* 1. a. num. 158. vsque ad 169. ¶ Cyrus ¶ mori-
turus, duobus filiis exstantibus Cambyse & Tanaozare, consentaneum
sibi vitium esse dixit, ducem eum relinquere, & regnum ei,
qui prior esset natus, Cambysi scilicet, & rerum plurimum consen-
taneae peritus esset, *Xenoph. lib. 8. Cyripad.* ¶ In Galliae regno succe-
dit primogenitus solus, quo deficiente sine liberis, alii fratres
ordinem: & aliquando diuisum fuit regnum, sed cum hoc ad inter-
nectionem usque peruenisset, tandem eo in vnum ex affe redeunte,
ne postea idipsum fieret, placuit. Quae madmodum & in prisco
Francorum regno obseruatum est, ex quo Antenor ante natiuitatem
Domini, anno 440. cepit imperare, cum in Schanzinis insu-
lis victus & necatus est a Gothis, vnde pulsus Sicambri sub filio eius.
Nam huic post mortem Marcomirus filius datus maior successit,
*vide de his, & sequentibus, in 1. li. Breuiarii historiae Francicae Truhen-
mii.* qui regnauit 28. annos. Et postea eius primogenitus ex tribus
filiis alius Antenor, praetatus Priamo & Nicanori fratribus in re-
gno Sicambrorum: is quoque reliquit filium alium vnicum Priamum
successorem.

¶ Cui ¶ successit Helenus filius: Heleno, filius primogenitus
Diocles: Diocli, alius Helenus primogenitus, qui depositus regno
vt inutilis a proceribus, communi decreto, ante natiuitatem Do-
mini anno 284. In cuius locum alius Diocli filius Bazanus consti-
tutus, qui postquam regnauit 36. annis, disparuit rex & summus
pontifex ante natiuitatem Domini 248. Et huius filius primoge-
nitus Clodomirus regnum accepit, & postquam regnauit 18. re-
lictis tribus filiis, habuit primogenitum successorem Nicanorem:
& hic Marcomirus primogenitum: Marcomirus Clodium pri-
mogenitum: & hic alium filium primogenitum Antenorem. ¶ Cui
¶ successit primogenitus Clodomirus: Clodomiro primogenitus
Merodacus: huic Cassander primogenitus: Cassandro, Antharius
primogenitus: Anthario, Frachus primogenitus, qui regnauit vi-
ginti octo annis, a quo Sicambri dicti sunt Franci, vt auctor Huni-
baldus historiographus antiquus eius gentis, victoria de Gothis
habita, ante natiuitatem Domini anno 24. & mortuus ante ean-
dem natiuitatem anno 9. & factus rex filius eius primogenitus Clo-
dio: rex Magus & Astrologus, qui pugauit contra Tyberium Ca-
sarem. Natus eius regni anno 18. Dominus noster Iesus Christus,
18. Calend. Ianuar. Regnauit autem an. 30. Et in regno successit
Herimerius primogenitus occisus in bello a Gallis, anno Domi-
ni nati 32. Cui quia non erat filius, successit Marcomirus eius
frater, cui postquam is regnauit 18. annos, Clodomereus filius
primogenitus successit: qui mortuus anno 12. regni, habuit in
regno successorem Antenorum filium, qui 6. annos regnauit, sub-
mersus & interceptus a Gallis anno Domini 68.

¶ Et huic Rhaterius primogenitus successit. Hic autem, post
eius regni annum 21. Rhichimerus, qui an. 24. regni sui mortuus
habuit filium primogenitum Odemarum successorem, qui regna-
uit annos 14. Cuius tempore fuerunt inter Gallos & Francos in-
dicia, & mortuus post leges correctas & noue sanctas, an. Do-
mini 117. Et Marcomerus filius eius regnauit 21. annos, cui suc-
cessit Farabertus primogenitus: qui postquam regnauit 20. annos,
reliquit Sunnonem primogenitum regem. Et hanc successit filius
Hildericus, qui regnauit ann. 40. mortuus an. Domini 253. Quo
tempore cum Franci cepissent bellum gerere in Romanos, con-
silio pontificum & vatum gentis suae, insignia, quae vocamus *Ar-
moiries*, noua sumserunt, abiectis raris tribus, quas olim ex Scy-
thia in albo vellere adduxerant, scilicet Leonem cum anteriore cor-
poris parte blauui coloris depinxerunt, pedibus ad capturam seu
praedam extensis, ore rugientis more aperto, cuius inferior pars
corporis in caudam serpentis definebat, cum quo collum Aquilae
subtus in vellereque aureo expansis quae alis, de qua f. riter allig-
atum videbatur comprimere & sufficere. Et haec insignia habue-
runt Franci vsq; ad Clodeuicum Christianum, qui tria haec habuit
pro leone a caelo demissa. Regno tamen Ludouici primi per filios
in duo regna diuiso, liliorum in signe Francis Occidentalibus siue

Gallis remansit proprium: Leonis vero atq; caudae serpentis insig-
nia, regnum Francorum Orientale seu Germanicum retinuit.
Quod quando imperio Romano annexum fuit, insignibus prio-
ribus aboliis, Aquilam retinuit imperii notam. Post Hildericum
regnauit eius filius Banterus 18. annos. Dehinc Clodius eius pri-
mogenitus, 27. Post hunc eius filius Walterus, 8. an. mortuus anno
Domini 306. huic successit Dagobertus primogenitus, qui regna-
uit 11. an. Post hunc eius filius Clegio, qui regnauit 2. annos, motus
in praelio Gallorum anno Domini 319. Cui quia non erat fili-
us, successit frater Clodomirus, qui regnauit annos 18. Et huius
filius primogenitus Richimerus regnauit postea 13. mortuus in
praelio contra Romanos, anno Domini 350. ¶ Cui ¶ successit
Theodomirus anno 10. regni sui comprehensus a Romanis Gal-
liam inhabitantibus, vna cum matre Hasula capite truncatus, an-
no Domini 360. Veruntamen in regno successit eius filius Co-
gio, qui regnauit 18. an. Cui successit Marcomirus primogenitus;
qui occisus est ab exercitu Romanorum per Valentinianum an-
no Domini 393. Secutum tunc inter regum 26. annorum, admi-
nistrato regno per duos duces, primum per Dagobertum & fratrem
Marcomiri, qui regnauit 5. an. sub quo Valentiniano denegatum
a Francis tributum, deinde per Genebaldum eius filium, an. 21.
Post cuius obitum anno Domini 419. Pharamundus Marcomiri
ducis Francorum Orientalium filius, communi voto procerum
electus est in regem, qui postquam regnauit an. 7. & successit in
regno Clodius Crinitus eius filius, qui regnauit 20. ¶ Et ¶ postea
huius filius primogenitus Meroueus, 11. qui reliquit regem Hil-
dericum filium, qui regnauit 23. deiectus ab imperio per popu-
lum ab luxuriam, an. Domini 499. & in eius locum Agidius qui-
dam Romanus substitutus, reuocatus tandem an. 483. ¶ Et ¶ re-
liquit regem Clodeuicum filium, qui regnauit an. 30. & Gallias sub-
egit factus Christianus primus rex Gallorum, baptizatus a D. Remi-
gio cum copiosa multitudine, anno Domini 499. Et ita colli-
ge retenta successione filiorum si essent, & horum deficiente
causa, proximorum masculorum fuisse regni Gallorum diuisionem:
mutataque fuisse nomina regum & gentis, sed non ordinem suc-
cedendi, quando iudonei ex genere fuerunt administrationi. Fae-
runt enim cum successione hae regni, primū Troiani cum Anteno-
re didicimus Scythia Scythae, & Sicambri cum Germanis Germa-
ni: cum Franco Franci. Cum quibus nationibus & mores aliquos
& linguam mutarunt. Et postremo Gallis potiti, post 930. an.
quibus eas impugnarunt Sicambri Galli, nomenque & mores
retinuerunt. Et tamen regum creatorum per successionem con-
suetudinem inuoluntate habuerunt, & primogenitos praeterit
sine diuisione, excepta triplici progeniei mutatione, de qua vide
Paulum Amilium, Annonium, Ganguinum, reliquosque Galliae
historiographos, ex quibus non delibabo plura, cum fiat horum
libri satis criti.

¶ Volui ¶ autem superiores reges recensere, vt re ipsa conuel-
lerem quorundam sententiam, qui priscos Franciae reges dixerunt
electione factos, non successione: nescio an malitiose, an vero im-
perite id canxerint. Cum certe propria natura regni huius sit,
in vnum aut filium aut proximorem, filio deficiente, peruenire
eumq; solum: nec tamen iure voluntatis vltima praemortis, qua-
tum iure consuetudinis receptae, ex lege tacita regni. Vt in aliis et-
iam quibusdam regnis obseruatur, quae hoc modo iure generis
deuolui in proximum dicuntur. Quale Hungaria, c. licet, de vo. &
vo. redempt. apud Greg. Portugalia seu Lusitania, c. grandi, de su. ple.
negli. prala. in 6. Et glo. in c. Moyses, 8. q. 1. resoluit hanc consuetu-
dinem esse, & reipub. vtiliorem, & ideo praescripibilem, c. fina. de
confus. Hoc etiam approbat Axi. Roma. lib. 3. de reg. prin.

¶ Tuentur ¶ & interpretes, vt consuetudine, sic & pacto & te-
stamento cauere posse, vt feudum ad primogenitos solos perue-
niat, las. in l. 2. C. de iur. emphy. colli. §. 4. Felin. in c. prudentiam, §. 1. de
offic. delib. Parth. Castren. conf. 160. & proximum succedere pri-
mogenitum primum, dehinc ceteros. Videbis autem fuisse & apud
dictum Ioan. de Terra rubea, tract. 2. contra rebelles, explicatum:
num rege impedito aliquo casu, possit & debeat dari regim-
en imperii interim proximiori. Et secundo, num dandum sit ei,
qui ob aliquod crimen eo indignus est, vel est priuatus iure suc-
cessionis ob rebellionem, vel alios excessus, 3. Num si is proximior
ita indignus se ingerat regimini, dicatur Tyrannus. Quae quidem
lubentissime prolecutus fuisset, me nisi malitia & inuidia eius
perniciosa seculi, quo nihil non impunitum est, remoreretur.

¶ Adiciam ¶ tamen primogenitum hic intelligendum esse, ha-
bita ratione prioris natiuitatis, non temporis, quo rex aut princeps

aut nobilis, vel alius, qui huius iuris habiturus est successione ad decepta bona est in quibus iure primogeniti succedendum est, licet in successione regni Perfarum Dario mortuo indicatum est, in quo prælati Artobazanes primogenitus eius, et si genitus fuisset antequam pater eius regnum fuisset adeptus, Xerxi genito tempore imperii, ut narrat historicæ auctores, Herod. in 7. Plutar. in Alex. re. Justinus ex Trogo, lib. 2. § 16. ¶ Ita in Britannia, quæ Anglia vulgus vocat, maior natu ex libere totum patrimonium defuncti quodcumque quæsitum patris habet, ut ait Ange. Aretinus, in §. igitur, num. 28. in proæ Insti. In lege diuina, tanta non erat primogeniti portio, sed tantum quanta duplex, quanta esset duorum aliorum filiorum. Sic enim Deus statuit de familiarum successione, Deuter. 21. Si quis habuit duas uxores, unam dilectam, aliam odiosam, & fuit filius odiosæ primogenitus, & filius dilectæ secundogenitus: non poteris filium dilectæ facere primogenitum, & præferre alteri, sed primum exors, qui primogenitus est, agnoscat primogenitum, & de bonis que habebit, dabit ei cuncta duplicia. ¶ Plures ÷ de primogenitura sunt quæstiones viles & quotidianæ, ut quod hoc ius transmittatur per primogenitum in filios eius etiam si is moriatur vno patre, & quod filii eius seu nepotes patris præferantur, de quibus vide copiose disputantem Guillelmum Benedicti. ad verba, in eodem testamento relinquens, i. num. 86. & seq.

De More gentium in successione filiarum & filiorum diuerso. Cap. 4.

- 1 Intestati successione lex Wisigothorum, 12. tabularum, Voconia, Langobardorum.
 - 2 Filia exclusa a successione intestati patris ubi, & seq. 3. 4. 6. 7.
 - 3 Burgundiorum de successione filiorum lex.
 - 7 Salice leges a quibus lata.
 - 8 Francorum regnum non transiit ad feminas. Aliter in regno Navarre statuitur.
 - 9 Isabella regis Edwardi 3. Anglorum uxor exclusa a regno patris Galliarum.
 - 10 Anglia & Francia bellorum causa.
 - 11 Pax cum Anglis & Francis quando.
 - 12 Regna quedam ad feminas quoque, per successionem deuoluuntur. Festula tamen nec sunt, nec habent ab intestato heredes.
- 1 Communis gentium mos fuit, ut plurimum, ut æqualiter filii & filie succederent parentibus, intestatis sine sexus distinctione. Quod & legibus Wisigothorum, apud quos vocantur primo ordine, ut apud Romanos, primum filii, post hos nepotes, sibi de pronepotes, in C. de Wisigoth. lib. 4. tit. 2. l. 1. & 5. Et si illi non sint, pater, mater, auus, auia, eo. lib. 2. tit. 1. 2. & deinceps gradu proximi, l. 4. eo. Non distinguebat etiam sexum lex 12. tab. in hac successione intestati, l. maximum vitium, de lib. prater. C. Lex Voconia autem, ut antea diximus, ad certam partem tantum admitteret filias & feminas alias. Lex Langobardorum ad tertiam tantum partem, ex constitutione Luitprandi, in legi. Langob. tit. 45. ¶ Ceterum, ÷ prouinciarum quedam, quæ nobiliores habitæ sunt, qui utrumque sexum accuratius considerauerunt, & naturam cuiusque masculos præpulerunt. Et legislator omnium sapientissimus Deus, sic legem promulgauit, Num. 27. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas: si filiam non habebit, habebit successores fratres suos: quod & si fratres non habuerit, dabitur hereditatem fratribus patris eius: si autem nec patris habuerit, dabitur hereditas ei, qui ei proximi sunt. Eruntque hoc filius Israel sanctum lege perpetua.
- 3 Iure Armeniorum antiquo, feminæ non succedebant parentibus, nec fratribus, donec id emendauit Iustinianus, nouella constitutione 21.
 - 4 Boioariorum ÷ ducatus olim iisdem fere legibus successione intestati utebatur. Hunc populum fuisse in Europa Pius II. tradit, & ab aliis dictos Boios, & Noricos, vel Bauaros, ut ab Strabone & Plinio, lib. 3. c. 17. Sant & Plinio, idem lib. 4. c. 18. Boii, Lugdunensis Galliarum populi. Quidam Boienses esse putant. In Boioariorum horum legibus itaque inuenies, l. i. leg. Boioarior. c. 18. tit. 3. & 4. primum fratres æqualiter diuidere ab intestato patris bona, et si ex diuersis geniti sunt matribus: vnum quæque autem suæ matris habiturum successione. Et si sine liberis decessit, filias: si sine filiabus, proximos succedere. Alemanorum autem hæc lex, in l. Alemano. titu. 58. §. 1. Si dua sorores absque fratre, relicta post mortem fratris fuerint, ad ipsas hereditas paterna pertingat, & c. In legibus Anglorum, seu Verniorum, aut Thuringorum, hæc etiam, in leg. Anglo. Verniorum seu Thuring. titu. 7. de allod. l. 1. Hereditatem de-

functi filium non filia suscipiat, si filium non habuit qui defunctus est, ad filiam pecunia & mancipia, terra vero ad proximum paterna generationis consanguineum pertineat. Et in sequentibus legibus ibidem subicitur, ita tantum succedere feminas proximiores in mancipia & pecuniam defuncti, res autem alias peruenire ad proximos paterna generationis. Si tamen mater deederet, statutum ita, l. 6. eius. Mater moriens, filio terram, mancipia, pecuniam dimittat: filia vero, spolia colli, id est, murenas, muscas, monilia aureas, vestes, armillas, vel quicquid ornamentis propriis videbatur habuisse. Et postea, l. 7. eod. Si nec filium nec filiam habuerit, sororem vero habuerit, sorori pecuniam & mancipia, proximo vero patris generis terram relinquat. Usque ad quintam generationem paterna generatio succedat. Post quintam, l. 8. eo. autem filia ex toto, sine de patris sine matris parte in hereditate succedat. Et tunc demum hereditas ad suum a lancea transeat. ¶ Burgundiorum, in l. leg. Burgun. tit. 1. 4. de success. 5. similis lex a Gundebado rege publicata hæc, ut si quis filium non reliquerit, in loco filii, filia in patris maritis, hereditate succedat: & si forte filium nec filiam reliquerit, ad sorores vel propinquos hereditas redeat. ¶ Saxonum ÷ porro breuior & similis lex, in l. Saxo. titu. 6. de here. & viduis, l. 1. Pater aut mater defuncti filio non filia hereditatem relinquat. In lege autem Salica, quam Pharamundus rex Francorum, per Sicambros illos prudentissimos, Wisogastem, Bodogastem, Salogastem, & Windogastem, iussit componi, & vocata patris nomine. Quod postea emendauerunt & auxerunt Christiani post Clodoueam regem primū Christianum, Clodoueus, Childobertus, & Lotharius, titu. 62. de Allod. l. 6. Sic scriptum est, De terra Salica, in mulierem nulla portio hereditatis transeat, sed hoc virilis sexus acquirat. hoc est, filii in ipsa hereditate succedunt. Sed ubi inter nepotes aut pronepotes post longum tempus de allode terra contentio suscitatur, non per stirpes sed per capita diuidantur.

¶ Ratione ÷ iustius legis Salicæ, semper in regno Galliarum, quod Franci instituerunt, masculi filii exclusi etiam filiabus sceptrum tenuerunt, vide Io. Ferraldum, tract. de prerogatis. corone, & regni Francia. Et hæc lex & consuetudo in contradicto iudicio firmata est, & ferro & rationibus approbata. Sic enim iudicatum est contra filiam Ludouici Hutini, uxorem Caroli comitis Ebroicensis, quæ post mortem patris sola superstes, eo sine masculis mortuo, petebat regnum Galliarum & Navaræ, cuius etiam erat rex pater: statutumque secundum consuetudinem, eam repelli a successione regni Galliarum, quod illud non nisi masculis deferretur, & proinde delatum regnum Philippo Longo eius patruo fratri Ludouici Hutini. Datum autem illi filius regnum Navaræ, quod iure successione transferri in heredes cuiusque sexus solet. Subinde, cū Philippus Longus rex mortuus fuisset, relicta tantum filia, quam dederat in matrimonium cæmici Attrebatensi, alius frater eius Philippi, dictus Carolus Pulcer, regno successit, exclusa filia. Et ita tres fratres filii Philippi Pulcri, quæ D. Ludouicus genuerat nepes Ludouicus Hutinus, Philippus Longus, & Carolus Pulcer, regni ordine genituræ, nõ exstantibus fratribus, qui decesserant, filii masculi, adepti sunt. ¶ Sed ÷ postea cū Carolus Pulcer in fata concessisset, relicta uxore pregnante, Philippus Valefius interrex seu administrator regni constitutus est, nepos Philippi D. Ludouici filii, descendens ex Carolo Valefio filio Philippi, excluso rege Edwardo III. eius nominis Angliæ rege, ex Isabella Philippi prædicti D. Ludouici filii, nata, quæ superstes erat generato: quaruis esset propinquior Isabella. Atque postmodum, mortuo posthumo Caroli Pulcri, excluso Anglo Philippo Valefio rex coronatus est, ex Pariam Franciæ iudicio & sententia, cui subscriptus Edwardus: atque is ex consensu Anglorum, fidelitatis iuramentum præstitit pro Aquitaniz ducatu eidem Valefio, anno millesimo trecentesimo vigesimo nono.

¶ Sicque ÷ non tantum feminæ & filia regni successione excluduntur Francorum, sed etiam earum filii, iuxta §. hoc autem, qui feud. da. post. ca. 1. §. ad filios. de grad. success. in feud. in vrb. feud. a proximioribus ex genere masculino: ne transeat hoc regnum in alienam familiam per filias, §. 1. de legit. agnat. tur. & §. fin. de pat. pr. apud Insti. & quia exclusa aliqua persona, ex ea descendentes quoque excluduntur, l. si uina, de natu. lib. & l. si uina, de bo. matern. C. & vide nominatim hæc de re, & de reprobat. a successione Angli. in regno Francorum. glo. anti. in proce. Pragm. Sanc. in vers. consanguineis, Bal. in l. 1. de sum. Trin. & ad l. 1. ver. & adde. de Senat. in p. & ibi Corset. Pe. Iacobi. ad tit. de verbo. success. in regno Francia, in practica Ant. Corset. in tracta. de prelat. regia. questio. 66. Et fuerunt certe non ignore hæc de re prælia plura & diutina inter Anglos & Francos: quod putaretur ex proximitate Isabellæ, regnum post Caro-

lōm Pulcrum, ad illam & eius posterōs peruenire iure ordinariæ successione, non considerata lege Salica, & principum maiorum præscripta & inueterata ab omni æuo consuetudine, quæ haberet etiam sine lege expressa vim inuolabilem. Neque ad rem faceret contentio intra in matrimonio contracto, inter Catharicam Caroli VI. regis Francogalliæ filiam, & Henricum V. Anglorum regem, qua cautum erat, ut scribit Ganguinus in Carolo VII. ex præscriptione pactorum factorum a Philippo Burgundo: *ut si superstitio Henrico vita decederet Carolus VI. Francia regnum Henricus adiret: si contra, idem quod Henricus præcederet, & ex Henrico virilis proles superstitis esset Carolo deficiente, Henrici filius Francia principatum haberet.* De hoc scribit etiam Paulus Æmilius, in *Caro. 6. lib. 10. Hist. p. Tricassibus Catharina filia Caroli VI. qui nec sus nec regni, nec mentis potens foret, nihil distrectante, nubit Henrico his legibus, ut rex gener, si foecoregi superstitis foret, liberius ex Catharina procreati, in regnum Francia succederent. Interea rem Franciam administraret Anglus gener, rectorque Francia diceretur.* Et hæc pactioes factæ sunt nulla facta mentione Caroli septimi, qui filius erat tunc Carolo 6. natus, & rex designatus vt Delphinus. Quare & multiplici ratione ipsæ improbare sunt, & quod non sane mentis factæ sint, & dictante hoste, & contra regali legem, & quod sit id contra naturæ communis & iuris etiam ciuilibus regulas, vt filius non ingratius exheres sit, quod uel sine procerum consilio, & sine causa Delphinus regno priuaret, regnumq; in alios quam legitimos successores transferatur.

11 *¶* Quamobrem optime sibi consuluerunt Angli, quādo post multas clades, anticipetque victorias, tandem anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto, nubente Maria forore regis Angliæ, Ludouico XII. Francorum regi remiserunt regius, quod putabant sibi in regno Gallorum competere, idque ex consensu & consilio Anglorum. *¶* Ex quibus constat, in Gallia non esse commissa, ex iure suo, mulierib; rerampub. gubernacula nec sceptrum. Quamuis in regno Nauaræ, Apulie, Amazonum, & alibi, diuersum ius seruatum sit, quodq; seruandum ex more maiorum est. Vnusquisq; enim in suo sensu abundat. Suntque rationes locis quibusdam singulares, quæ seruari ita suadent. Quamuis ubique notum sit quod dicebat Menander:

Εὐχὴ τῶν ἀνδρῶν εἰς ἀπέριτον, ἰδὲ ἐστὶν, Κατανα δόμουσιν ἴσθιαι ἀστυ.

Plato, *lib. 11. de legib. filix*, quæ viro est desponsata, nihil vult a patre relinquere. Et lege 12. tab. virgo Vestalis, neque heres est cuiquam intestato, neque huic intestatæ quisquam, *Gell. lib. 1. c. 12.*

De Successione liberorum Legitimorum tantum.

CAP. 5.

1 *Adoptati & arrogati succedunt patribus adoptiuis & naturalibus etiam ab intestato, & 2.*
 3 *Spirituales filii quid consequantur ex successione intestatorum parentum spiritualium, & pater quæ tenetur filio prestare.*
 1 *Ex* vocat adoptatus & arrogatus ad portionem & successiōnem patris adoptantis vel arrogantis, *l. si arrogator, de adopt. P.* Et ideo adoptati succedunt patri adoptanti ab intestato, *§. sed ea omnia, de her. que ab int. d. fer. apud Instm. l. cum in adoptiuis, §. sed ne, de adoptio. P.* Neque tamen ideo minus succedunt patribus naturalibus & legitimis, cum semper iura naturalia conferunt, *d. l. cum in adoptiuis.* Atq; ita iure codicis adoptiuis succedit tantum vna cum liberis naturalibus & legitimis ante vel post genitis patri adoptiuo, *l. sit pater, §. de suis & legi. li. C. dum modo tempore mortis patris adoptiuus, in eius inueniatur potestate, scilicet modo ne sit emancipatus: nō aliter, d. l. cum in adoptiuis, §. sed ne articulum, vers. sed si quidem, & §. si in autem per emancipationem, de adoptio. C. ¶* Succedit autem patri ad præstanti ab intestato, non autem aliis proximis eius, *d. §. sed ne articulum, vers. sed si quidem, in fi. Adoptio enim non ius sanguinis, sed ius agnationis adfert, Pau. in l. qui in adoptionem, 23. de adopt. P. §. sunt autem agnati, vers. per adoptionem, de legi. agnat. success. apud Instm. quamuis in arrogato omnia iura patris adoptiuus remaneant intacta, *d. l. cum in adoptiuis, §. si.* succedatque non tantum patri, sed etiam eius agnatis, & illi succedunt, *l. 2. §. parui autem referunt, de suis & legi. P. §. per adoptionem, de legi. agnat. success. cum autem impubes, de adopt. apud Instm. dum modo non sit emancipatus tempore mortis eius, cui succedit, d. l. pen. §. si autem de adoptio. C.* Nisi iure Pandectarum dicamus in eius successione intestati impuberis officere agnatis, & patriarrogatoris cautionē de restituendis proximis eius bonis, iuxta*

l. non enim aliter, de adopt. in P. ¶ Legitimi filii spirituales, quos sacramenta anadochis seu patrib; iustalib; in baptismo ex lege coniungunt, nihil petunt temporale in successione spiritualium patrum, *Bal. in auth. nisi rogati, ad S. C. rebel. C. sed spirituale.* Res enim indiget eo alimēto & cibo quo generata est, nempe spirituali. Qualis autem sit ille cibus, ex D. Augustino relatu est, in ea. vos ante omnia, de consecra. dist. 4. Sunt enim duo, quæ filiis naturalibus & legitimis debentur, quia duplici cura patribus vincuntur, corporis, & animi: vnum alimenta corporis, *l. necare, & l. si quis a liberis & 10. tit. de lib. agnos. P. l. vini, & §. iaceat & sileat, de rer. vxo. ad. C. l. fin. §. ipsum autem filium, de bon. qua. li. C. & pro illis ex voto c. romuni paternam successio bonorum, l. cum ratio, de bon. damn. l. scripto unde li. P. l. nam & si parentibus, de inest. testa. P. quæ plene corporalia sunt, l. cum heredes de acquir. her. P. Aliud institutio seu doctrina vel erudito, *ca. sicut is, §. necasse, 47. distm.* quia nō alia maxime ratione patribus Deus singulari iure commendasse videtur filios, quam vt probos & bonos reip. conferunt & relinquant: pro illorum sceleribus ex incuria admonitionis & castigationis commissis, coram Deo responsuri, *l. licet Heli, de sim. 1. Regi. c. 2. d. ca. sicut, 13.* Spirituales portio filii præcipue, & veluti in suffragium parentum naturalium ratione institutionis & doctrinæ fidei, patribus spiritualibus committuntur.*

De Successione filiorum Naturalium tantum, & Spuriorum. Cap. 6.

- 1 *Naturales tantum filii qui, & quomodo ab intestato patri succedebant: & quibus hodie illi inter Christianos similes, & quare. num. 2.*
- 3 *Spurii non succedunt ab intestato patribus.*
- 4 *Spurii turpes, parentibusq; dedecori, non sunt de eorum agnatione, non ferunt iure arma domus, & nu. 5.*
- 6 *Baculus interiectus insignibus seu armis domus quid significet.*
- 7 *Nobiles & degeneres unde facti.*
- 8 *Nomen bonum melius diuisis multis.*
- 9 *Spurii in Gallia non succedunt patribus eorumq; agnatis, nec sunt liberorum nomine comprehendendi.*
- 10 *Nobis seu spurii in quantum Athenis succedebat intestato.*

Permittebatur ¶ olim apud Romanos concubinatus eius mulieris quam quis poterat nulla lege prohibente sibi coniungere vxorem, quamque habebat indubitate affectu sibi coniunctam, vt alibi in personis docui, *vide l. C. de natur. li. l. 1. & 2. & tot. tit. de concu. P. l. 1. C. de adopt. Et ideo filii, qui inde nati erant succedebant in aliquo, ex testamento, & ab intestato cum deficiebat patri soboles ciuilib; id est, cum non supererat filii naturales & legitimi, aut coniunx legitima, in duas patetæ substantiæ vncias: vt matri etiam inter eos, si superuenisset virilis portio daretur. Et si legitimi & naturales essent, patris tantum ab aliis illis statum est, *auth. licet, C. de natu. lib. §. si vero filios, & §. fin. quib. mod. nat. eff. iur.* Veruntamen ii nunquam proximis vel cognatis patrum naturalium succedebant, §. filium vero, eod. ¶ Hodie ¶ inter Christianos hæc superflua tractatio est, cum omnis concubitus præterquam vxoris legitime interdictus & damnatus sit, tanquam firmitate improba, *l. ad Cor. 7. ibi. vnusquisq; ob fornicationem, &c.* Proinde naturales inter spurios hodie numerantur. Et quæ dicuntur de spuris seu bastardis, eadem censentur de naturalib; dicta, si Christiane loquamur. ¶ Itaque fabulose dico succedere ab intestato non posse patribus naturalibus tantum, siue soli sint, siue filii naturales & legitimi super sint, *d. auth. licet, in fin. de natu. li. C. l. 1. C. eo. §. natura quidem, qui. me. nat. eff. iur. colla. 7. c. cum in hibitio, §. 1. de cland. despons. patrem enim certum cui succedant non habent, seu demonstrare non possunt, vel honeste nō demonstrant, §. vulgo quæditos, de success. cognato. §. si aduersus ca. de nupt. apud Instm. l. vulgo concepti, de sta. homi.* Ex quibus mihi verior videtur sententia, vt nec illi bastardi, qui dicuntur aduozæ, quia honeste sunt asserti filii, nec patres honeste demonstrantur, non possunt iure succedere: etiam si sit consuetudo contraria, quæ corruptela potius & male exempli dicenda est, *c. cum haberet, de eo qui dux. in matri. quam prius, &c. c. fin. de consue.* Neque me temeratur ab hac sententia Bartolus, qui contrarium sentit, in *l. hereditibus, §. 1. ad Trebell.* nec illi, qui dicunt ita iudicatum, *Pap. lib. 21. Rapod. arest. tit. 3. arc. 1.* Nam mihi in hac causa suspectus est Bartolus, qui se eius generis fatetur, *Bart. in l. si quidam cum filium, de verborum obligat.* Et legibus, non iudicatis exemplis disputanda veritas est, *l. non exemplis, de senten. & interloc. omn. iudic. C.* Et si quando princeps vel Senatus sine exemplo cupiam subuenit, id non est*

trahendum in consequentiam. l. i. §. fin. de constit. princ. in P. § Sed
 † & existat cōtrarium iudicium illudq; celebre de Leotycheide. Si-
 quidem Agis frater Agefilai rex Lacedæmoniorum, filium rell-
 quit Leotychedem quem ille viuis non agnouerat, sed moriens
 eundem suum esse dixerat: tamen non obitate assertionē, in re-
 gno Agidis ab Ephoris prælatu est Agefilau, vt proximior, Leo-
 tychidi vt spurio, *Amil. Probus, in vita Agefilai. Xen. lib. 3. ver.
 Grec. Plutar. in vita Agidis. Quid enim prodest assertio eius quod
 peccati habet vestigia, nisi in pœnitentiā & pœnam? Et quare
 proximi legitimi successores, turpi hac assertionē priuari bonis
 possint, non video: cum nec eos directe vel indirecte institui pos-
 se antea docuerimus, *Sup. lib. 4. c. 35. nu. 5. & seq. Quod fieri pos-
 set, si assertio illa probaretur, aut idoneos successores redderet.
 Et quomodo damnatum a lege diuina & humana delictum poterit
 ab eo, qui ex illo pœnam meretur, approbari & reddi bonum?**

*ὅτι ὁ μὲν ἁγλὸν, ἕτερος δὲ ἁγλὸν.
 ἢ ἂν οἱ νόμοι παῖδες, ματρὶ δὲ νόμος,
 μίαιρα πατὲρ, Euripid. in Iphig. act. 3. vers. 129.
 id est,*

*Non enim quod non est honestum, potest esse honestum.
 Neque liberi illegitimi, scilicet honesti sunt, qui matri turpis
 partus,
 Et patri probrum & piaculum.*

Deturpant enim familiam, & pessimis moribus præditi vt ple-
 rumque & de genere sunt, *6. § gens Anglorum, § 6. dist. § Ideo tñ
 dicuntur de familia vel de agnatione patris, neq; transeunt in eos,
 nec deferunt insignia seu arma domus, *Barr. in l. i. de dignita. lib. 12.
 C. & in tra. de insignib. & armo. Bald. in generaliter, § cum autem, de
 inst. & subtit. sub cond. fact. & in l. cum legitima, de sta. hom. glo. an-
 gna, in §. sine viri, ad verb. filii, de num. & sta. Cardinal. in pragm.
 función. vide plura apud Guil. Bened. ad verb. Raynuius de cler. a. nu.
 30. 31. 32. 33. 34. 35. vt inhables ad ea que dignitatis sunt gerenda,
 c. per venerabilem, qui filii sint legitimi, quia nec nobilitatem sui ge-
 neris retinent, l. i. de nau. li. C. l. humilem, C. de incest. nupt. § Scio
 † tamen inoleuisse apud quosdam conluerudinem, vt permittant
 6 deferti insignia & nomen domus spuris, interiecto baculo, quod
 vocant barram, quæ incipit a sinistris & desinit in imū latus dexte-
 rum sic ¶, vel sic ¶, vt significant, non ex legitimo & dexte-
 ro, sed ex infelici & damnabili concubitu natum ex talis domus
 hominibus, cuius insignia intercepta baculo hoc modo disposi-
 to notantur. Pendet autem a sinistris in dextram partem et-
 iam ad differentiam baculi interiecti in insignibus & armis nobili-
 um, per quem pender a dextro latero in imum sinistris, hoc modo
 ¶ significatur hos qui hæc insignia ferunt, non ex linea recta
 processisse, sed ex tranuersalibus & collateralibus esse, *Ac. de
 Waldis, in tra. de successibus, par. 1. col. 19. & 20. Guil. Bened. in
 d. ver. Raynuius de cler. a. nu. 31. ad c. Raynuius de test. Chaff. §. 3. de
 successibus de Bastardis, nu. 22. 23. in consuet. Burgun.***

¶ Honestas certe ista postrema distinctio, aliam vero non pos-
 sum probare, quod mihi videatur in contumeliam nobilium vi-
 rorum inducta, vt ore vestigis peccati in perpetuam memoriam
 splendidis & nobilibus insignibus interpositis, & nota hærente
 commaculatis. Cum tamen inter sit nostra partus non subici, vt
 ordinam dignitas familiarumque salua sit, *l. i. §. pen. de vent. inspic.
 in P. l. super statu, de questio. C. Et maxime veræ nobilitati exolum
 esse debeat, non solum non letari cum male fecerint, vel male ge-
 stam improvide publicare & iactare: sed etiam omnino male a-
 gere, ex quo nota inuit sibi, generi maiorem, & successoribus pos-
 sit. Vt enim virtus est bene gestum, ex grege hominum commu-
 nis nature, fecit dignos honore, *Senec. lib. 5. episto. fin. omnium ve-
 ro, 4. 4. Plat. in Charmid. Ari. 3. Po. cap. 8. non viles, vnde nobiles:
 sic & vitium ex nobilibus facit viles, de genere, & plebeios. Et mi-
 nor admodum, cur nobiles faciant nominis & splendoris domus
 bastardos seu spurios participes, concedendo insignia & nomen
 domus, Et tamen ideo non permittant illos in bonis succedere,
 quamuis insignia ferant, ex testamento, nec ab intestato, vt *Guid.
 Pap. scribit, decif. 580. num. 2. Chaff. ad §. 3. de successibus de bastards,
 in consuet. Burgun. ubi errat, quia confundit spurios cum naturalibus,
 & putat prohibitiones tantum pertinere ad adulteros, incestuosos,
 & c. Quamuis Cepal. plures cautelas meditari sit ad instituendos spu-
 rios, caus. 37. sed num bene viderit ipse qui legit. Ego reprobo. Admi-
 rationis causa mihi videtur esse iusta, quia nomen, quod æternas
 facit familias, patiantur potius conspurcari, quam bona, que tem-
 poralia sunt. Et quod plures bona, quam illud faciant, cum tamen
 παλὸν χρομίδιαν κρείττων ὁ ἀπὸ τῶν παλῶν ἐπιταύθη, vt ait Ilocrates, id***

est, bene audire apud homines præstat omnibus diuitiis. ¶ Quod fan-
 tea Salomon dixit, *Prover. 22. melius est nomen bonum quam diui-
 tia multa, vel quam vnguenta pretiosa, Eccle. 7. Et al. b. curam ha-
 be de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam thesauri
 magni & pretiosi, Ecclesiastici c. 41. ca. nolo, 12. q. 1. c. l. c. ex. u. i.
 1. m. si. de verb. sign. ap. Clem. § Sed ¶ retineamus quod agimus, spu-
 rii ergo non succedent etiam in Gallia patribus vel eorum agna-
 tis, & ita conueniunt omnes: quia non habent iura sanguinis, *Bar.
 in l. fin. C. eod. Neque agnati vel cognati dici possunt, l. spurius, vn.
 cogna. P. neque liberorum appellatione continentur. Neq; con-
 dictio, si sine liberis, naturalium, multo minus spuriorum causa ve-
 rificatur, l. generaliter. §. fin. ibi, sine iusta parte decesserit, C. de insti-
 tu. test. sub cond. fact. C. & ibi Salyc. in §. cum autem, & Bal. in l. cum acu-
 tissimi, C. de fidei. Gual. Bene. in c. Raynuius, ad ver. si absque liberis,
 1. nu. 8. & 9. Neque filiorum vel nepotum nomine comprehen-
 duntur, quando de filiorum priuilegiis vel cōmodo agitur, *Bar.
 in l. tutela, de cap. dimissis. & in l. pronuntiatio, de verb. sign. & in l. i.
 & 2. de appellat. P. vel de honoribus, vel dignitatibus: quamuis si
 de incommodo agatur continere dicant, *Ioan. de Pla. in l. i. de im-
 po. lucra. de sc. C. lib. 10. l. hos accusare, §. omnibus, de accusa. in odium
 eorum, qui cum non sint de genere paterno, tamen impudenter
 se inserant eidem. D. & tamque, filii adulterorum in consummatione
 nem erunt, & ab iniquo iure semel exterminabuntur. & si quidem lon-
 ge vita in nihilam computabuntur, & sine honore erunt nouissima eor-
 um, *Sapient. 4. Et alibi, Genes. 16. ad Gal. 4. Et ecce ancillam, scilicet
 concubinam, & filium eius: non erit filius ancilla heres, cum filio libe-
 re. § Lex ¶ Athenis fuit, vt si quis nothum haberet filium, legiti-
 ma filia caperet hereditatem, notho autem quinque mibz relin-
 queretur, *Suid. in ver. ἑξήκοντα.******

De Filiorum Legitimatorum successione
 intestati. Cap. 7.

- 1 Homo sibi ingenium format etiam contra nature inclinatio-
 nem.
- 2 Filii boni ex malis parentibus orti, & contra mali ex bonis. Quo-
 modo similes & patribus, nu. 3.
- 4 Filii boni vix ab optimis relictis & generati.
- 5 Legitimationis faciendæ ratio.
- 6 Legitimatio per subsequens matrimonium, quæ requiratur.
- 7 Legitimatio per scripto principis quomodo patri succedant, & cur a
 gnatis eius non succedant.
- 8 Legitimatio ex rescripto excludit in successione patris cognatos.
 Sed an excludatur a legitimis & naturalibus patris liberis, nu. 9.
- 10 Legitimatio per rescriptum principis ubi publicari & enu-
 merari debeat, antequam effectum habeat.
- 11 Legitimatio ad succedendum, & ad beneficia a quibus fieri pos-
 sit.
- 12 Possessionis rerum ecclesiasticarum cognitio ad curias regis cur
 pertinet in Gallia.

Tanta ¶ interdum est hominum industria & ingenium, vt ali-
 quando se ipsos vincant, & sibi ingenia aliter, quam natura in-
 clinet, formant. Quæ admodum enim vis consuetudinis rerum
 perniciosarum, & vitiorum amor, illustrium virorum filios de ge-
 neres reddit: sic eadem in bona assuefacto, & animorum probus
 cultus viles & natura turpes, & humiles in præfatiōnes viros sub-
 uehit, & promouet: ex quo plebeis nobiles facit. Et notam turpi-
 tudinis vel omnino obiterat vel saltem operit. Ex bonis malitiae
 pe orti: & contra, ex malis optimi. ¶ Quibus ¶ est paterna virtus
 pro exemplo, quos domesticæ imagines in oment quotidie, quæ
 in splendore maiorū honorantur, vere nobilia portenta dici pos-
 sunt, teteritinis ignauitæ ac nequitie sordibus detegatur, quando a
 vestigiis virtutis degenerant. Citius quoque inebriantur isti sor-
 didi, veluti in sole, maiorum tenebræ: in candido panno, maculæ.
 Vt contra, quia vilibus parentibus orti, qui ex impio concubitu,
 si in frugem meliorem peruenierint, cito tales delinuntur: vt inter
 fordes, mixta honestas: inter tenebras, stella. Eoque maiore digni
 huiusmodi honore, quo summæ animi nixu perdiffi. ille viam tē-
 tarunt, & veluti prodigiosa impetu & confluxu natura emerferit.
 Facilis, inclinante & iuvante nature nostre corruptione, ex gradu
 virtutis & honoris lapsas, facile enim corpus quod corruptum
 aggrauat antiquam & deprimit, facile lapis deorsum tendit: at di-
 gnum opus laude, gratia præeunte Dei, quæ nunquam non præ-
 cito desiderantibus adest, inferiorem partem hominis & corpo-
 ream superante, in mentem domare, & in carceribus istius ergastulii
 animæ, principem eam esse, ei dominari cum ratione, & carcerem
 eiusdem

etiam suum regere. ¶ Ex impudico quidem & prohibito femine, communi quodam naturali successu, editur partus similis parentibus: nec mirum: plantę enim & arbores & animalia sibi simile generant.

τίλον δ' ἔχει τὸν ἐκ τῆς ἐπιπέτου τῆρα γενεῶν, Hest. in Ergis. id est,

Pariunt mulieres similes filios parentibus.

Et ut ait Horatius, *Ode 4. lib. 4.*

Fortes creantur fortibus & bonis:

Est in iuuenis, est in equis patrum

Virtus, nec imbellem feroces

Progenerant aquile columbam.

Et ut Theeus dicebat apud Senecam, in *Trago. que Hippolytus.*

Redit ad auctores genus:

Stirpemq. primam degener sanguis refert.

Sed & frequentius deterior partus solet esse genitore, quia & lenescit mundus: senescunt, & minus valida fiunt quę in eo renascuntur, quo magis ad interitum properant.

Atas parentum peior auis tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progenem vitiosorem, Horat. Ode 6. lib. 3. Carm.

¶ Et proinde meliorem se gignere hoc propemodum miraculum, vel ad laudem filii maxime conducit, qui talem se esse curauit. Telemachus ideo laudatur apud Homerum a Pallade Mentoris sub persona.

εἰ δ' ἐκείνου γ' ἐστὶ γένος ἢ Πυλωλοπίης

ἢ σ' ἐστ' ἐπιπέτου τελευτή (ἐν ἄ. μινονῆς.

παύεσθαι τοὶ παῖδες οὐκ οὐκ ἀπέρον)

οἱ παλῶν κελύς: παύεσθαι τὴν πατρὸς ἀπέρον, Homer. Odys. 2.

id est,

Sivero non illius, scilicet Ulyssis, esse filius & Penelopis,

Non sane prater ea sperarem te perfecturum esse quę mo'iris.

Pauci enim filii similes patri sunt,

Pleriq. peiores: pauci vero parentibus meliores.

Et Ailius Spartianus dicebat, in *vita Seneri*, neminem prope magnorum virorum optimum & vtilem filium reliquisse satis clare: aut sine liberis interitisse. Neminem reliquit Romulus, Numa, qui vtilis esset reipublicę: non Camillus similes sui, non Scipio, non Catones, non Demost. Virgil. Crispus, Terent. Plaut. & ceteri. Non Iulius, non Angustus nec adoptiuus. Marcus Imperator infelicem Commodum reliquit: Severus Septimius Bassianum, qui occidit fratrem Getam in sinu matris.

¶ Optimum itaque vilius est nomothetis, restituere natalibus auctoritate publica ex causa cognita laudabili. *arg. l. 1. de prec. Imp. offe. C. ubi laudabilis fides exemplum*, quę in principis arbitrio efficit, ut viros dignos vera ingenuitate & ex spūis legitimis faceret: ut cum tales facti essent, ut digni ea sententia & approbati, admitti ad successorem parentum possent considerantib. potius quod in illis est vel esse dicitur boni, quam quod communiter in reliquis mali esse cognoscitur. ¶ Emendat reluit; notam natalem subsequens parentum matrimonium, si pater ex concubina ante habitata suscepit spurios, quę nec meretricis publica fuerit, & postea eā matrimonio sibi coniunxerit. Quo casu illegitimi ante geniti habent proculdubio omnia iura naturalium & legitimorum liberorum, & patri succedunt vna cum aliis naturalibus & legitimis, *c. 1. & c. tanta, qui fil. sint legit. §. si de incest. nupt. in aub. §. 1. in fi. quib. mo. na. eff. sui, §. quib. connumerari, de hered. que ab int. deser. a. n. d. iust. l. cum quis, & aub. nuper, C. de nat. liber. Ange. Aret. ad §. intestato. rum. nu. 7. de here. que ab int. deser. facit §. si quis ergo, quib. mod. nat. eff. sui, in hac quaestione scribit, quod ad hoc, ut filii legitimentur per subsequens matrimonium, primum requiritur, ut filii nati sint ex parentibus, inter quos esse potest matrimonii: secundo, quod de hoc matrimonio non tantum consensus de presenti maritalis interueniat, sed & sicut instrumenta nuptialia & dos constituantur. Ego tamen arbitror, pro substantia matrimonii dotem & instrumenta non exigi, *l. cum multa, de donat. ante nup. C. l. i. ubi nupt. C. de repud. sed benedictiones sacerdotis: ut matrimonium clandestinum, quod non probat ecclesia tanquam occultum & incertum, appareat & probetur, c. 1. & 2. & 3. de cland. desponsat. Nec in dubio etiam reuocatur matrimonium cum meretrice contractū, *ca. inter opera caritatis, de sponsa. neque filios postea natos inde, per l. filiū, de stat. hom. Sed num ex meretrice antea vulgo conceptos sibi afferere quis possit suos, & num illi succedant obsequens matrimonium, dubio & subsistit, propter l. vulgo concepti, d. tit. de sta. hom. Sit tamen a coniuge ante generatos ostendi possint, eos admitt-***

tere non aliter. ¶ Legitimitas per rescriptum principis eadem quoque iura dantur in bonis patris, si soli sunt, & si cum consensu patris legitimi sunt, cum testamento aut ab intestato decedente patre, *§. illud tamen, qui mo. nat. eff. sui*. Minus autem consequuntur in bonis proximorum patrum, quam legitimi per matrimonium: quia rescripto legitimi non succedunt ab intestato agnatis vel cognatis patris, ut alii, *§. filium vero, quib. mod. nat. eff. sui, in aub.* Quia præiudicium proximis ex legitimatione fieri nequit, non vocatis, nec consentientibus, *l. de unoquoque, de re iudi. l. i. iurisdictionum, §. ante omnia de pact. Rub. C. res inter alios acta. & c.* Nec princeps rescriptum in alterius præiudicium censetur indulsisse, *l. 2. §. si quid a principe, ne quid in lo. publ. P. l. nec anus, de emancip. C. l. de prec. imp. offer. C. l. si quis sepulcrum, de religiof. & sum. su. P.* Fidem facit arrogatio, quę per indulgentiam principis ea lege facta censetur, ne inde præiudicium fiat proximis, qui successuri essent impuberi arrogato, si intestatus decederet. Quare illis cautio eius rei causa ab arrogatore datur, *l. non enim aliter, 18. de adopt. in P.* Atque ita adoptio non iure facta, a principe confirmatur, cum æstimatione iudicis, adhibitis etiam iis, qui contradicerent, id est, qui læderentur confirmatione adoptionis, *l. adoptio, 38. & l. nam iura, D. Marcus, 39. eo.* Dum libertum etiam princeps natalibus restituit, id facere non solet nisi consentiente patrono: ius enim patroni, hoc beneficio impetrato adimitur, *l. 2. & fin. de natural. restit. lib. 4. P. tit. 11.*

¶ Excludit tamen legitimatus ex voluntate patris proximos & consanguineos patris ab intestato, in bonis eius patris: etsi proximi legitimationi non consenserint. Cum pater non reneatur alios quam liberos, vel ascendentes, eosque tantum in legitima, si nolitaliter, instituerit, *l. cum quaritur, & l. parentibus, C. de inoffi. testam.* Et proinde, illis non vocatis, potuit sibi filium legitimare, etsi ita heredem ab intestato designate, ¶ Quod intelligi par est, secundum Guil. Bened. in *c. Raynuitius, ad ver. & uxorem nomine Adelastam, nu. 189. 187. 188.* quando legitimi & naturales liberi non supersedunt. Nam si illi sint, tunc debet consensus eorum haberi in legitimatione spurii per rescriptum principis faciendā: et entia illorum interest, cum vel portio illorum minor ex ea legitimatione sit futura, crescente numero liberorum. Itaque si legitimitas fiat antequam nascantur ex iusto matrimonio liberi, cessabit natis illis legitimitas in hoc effectu succedendi in aliis autem honoribus & dignitatibus, ius filiationis & legitimationis seruetur intactum: dant tamen honores & dignitates aliis præiudicium non adferat: nam tunc simplex legitimitas eatenus beneficium suum non extendit, *fnoc in c. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Atque in feudis, naturalis tantum seu spurius legitimatus, neq; solus, neque cum aliis fratribus admittitur successor. Idq; ex consuetudinibus feudorum ab Insubricis seu Longobardis editis, *§. naturales, si de feud. def. fuer. cont. int. domin. & agn. v. asal. lib. 2. feud. tit. 26.* Quamvis in Gallia contraria sententia Senatusconsulto curię supremę Parisiorum, an. 1456. contra dominum de Ventadour firmata fuerit, *refert Papius lib. 2. 1. Rhapsod. tit. 3. are. 7.*

¶ Placuit autem eidem curię 23. Decemb. anni 1545. hanc naturalibus restitutionem principalibus codicillis factam euulgari & describi in camera seu curia computorum, & in curia iuridici loci natiuitatis eius qui legitimitur, & in curia Senatus eiusdem provincię, priusquam ex legitimatione sequi succedendi possit potestas, *Pap. ubi sup. are. 12.* ¶ Sed tunc ultra requiritur, legitimatione fieri ad hunc effectum per principem temporalem, seu secularē, cuius iurisdictioni maxime temporalia commissa sunt, *cap. quo iure defendis villas 8. dist. 6. c. conuenior, 23. q. 8. l. de precatio ad l. Rhod. de iac. P. & successorum leges circa bona: alioquin facta per spirituales, veluti per summum Pontificem, extra loca, quę ei subiciuntur etiam in temporalibus, quę sunt de patrimonio sedis Apostolicę, non egreditur beneficiorum & dignitatum aut rerum ecclesiasticarum terminos, *ca. per venerabilem, qui filii sint legit. P.* Quę eadem modum nec legitimitas Imperatorum vnquam porrigitur ad facultatem & potestatem habendi vel possidendi sacerdotia, vel alia, quę sunt spiritualis causę & dignitatis, *glo. in ca. lex Imperatorum, 10. dist. glo. in c. si officia secularia, 39. dist. m. & gl. fin. in cap. peruenit, 101. dist. m.**

¶ Et si quando inuenias in constitutionibus Gallicis vel Hispanis dispensatum allophyllis, ut possint per codicillos regio naturalitatis, ut dicunt, seu iure regnicole officia aut beneficia ecclesiastica in regno possidere, non existimes hoc de restitutione naturalium intelligi: aliunde enim debent esse legitimi & naturales. Nec tam ratione iuris ecclesiastici principem statuere, quantum

H h h

ratione bonorum ecclesiasticorum, quorum possessio & inuestitura regie ditioni subicitur, potissimum in Gallia ex rescripto Martini Papæ, quod transcripsit Guido Pap. decis. i. num. 4. Et causa possessionis videtur potius quid temporale, quam spirituale, Guido Pap. consil. 78. incip. circa processum, & consil. 78. Io. And. in c. si de iudic. & ibi Archid. & Inno. ficut c. causam, qui fil. sint legit. Habent enim & spiritualia corporalia, ca. si quis obiecerit, i. q. 3. ca. de iure vero patronatus, de iure pat. Et ea ratione scilicet de inuestitura & iuramentum fidelitatis accipit ab episcopis, ficut c. lectis, c. cum late, 63. dist. & ab aliis beneficiorum possessoribus pro bonis temporalibus possessis, non autem pro rebus spiritualibus, pro quibus fidem principi laico vel hominum, seu, ut loquuntur, homagium, facere prohibitum est, c. fin. de reg. iur. apud Gregor. c. ex diligenti, de simon.

De Nepotum Successione.

CAP. 8.

- 1 Nepotis appellatio an sub filiorum contineatur, & qui nepotes.
- 2 Descendentes preferuntur in successione ascendentibus & collateralibus.
- 3 Representacionis ius in successione intestati quomodo considerandum. eod.
- 4 Nepotes cum patris succedunt in stirpes.
- 5 Nepotes ex filia quando cum patris, & quando nepotes admissa ad successione intestati aui: & qua successio in stirpes & in capita.
- 6 Primogeniti filii nepos an excludat patris in auto feudo vel regno.
- 7 Regna clientelaria non deferuntur nepotibus deficiente primogenito.
- 8 Primogenitura ius cessibile & transmissibile. Et que a rege alienari non possint.
- 9 Feudorum per successione intestati possidendorum varia leges.
- 10 Nepotes quare cum patris succedant tantum in stirpes, non in capita.
- 11 Nepos ex filia que renuntiauit dote accepta, num ex propria persona vel matris succedat aui.
- 12 Nepotes soli ex diuersis filiis succedunt aui in stirpes, quemadmodum cum patris.
- 13 Nepotes olim rigore iuris exclusi iure pratorio succedebant.
- 14 Occidens eum cui succedit ab intestato, non ei succedit nec eius filius: & cui hac deferatur successio.

Nepos appellacione filiorum aliquando continetur, l. Lucius, in 2. de hered. insti. l. i. C. de cond. insti. glo. in c. in presentia, de probat. & consequenter liberorum nomen, cuius latior appellatio, illos continet, & ex illis descendentes, l. liberorum, 220. de ver. sig. p. l. 1. si ab. testa. non ex. si. l. sed & si hac lege, si liberor. de in ius voca. cum simi. Atque nepotes hic non tantum filiorum filii, sed etiam inferiores descendentes intelliguntur posterit, ant. p. 101, vt apud Virgilium, 6. Aeneid.

Fortē recenset numerum clarosque nepotes. Latiorque, quam suorum appellatio: nam & suos & emancipatos, & filios filiarū completitur. Continentur & suorum nomine nepotes, si in potestate auorum sunt, & qui deinde sunt qui suo ordine succedunt. Sic enim ait Iustinianus, §. intestatorum, de here. que ab intest. defer. Sui heredes existimantur, vt supra diximus, qui in potestate morientis fuerint, velati filius filiarū, nepos neposive ex filio, pronepos proneposive ex nepote, ex filio nato prognatus prognatave. Itaque successio horum nepotum tanquam filiorum vel ex filiis descendentiū, erit potior ascendentiū & collateralium. Vt etiam innuit Vlysses in oratione, quam habuit de armis Achillis contra Atacem, apud Ovidium, lib. 13. Metam.

Atiaci meritum non sit, nec sanguinis ordo, Sed virtutis honos spoliis quaratur in istis. Aut si proximitas, primusque requiritur heres, Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi, Quis locus Ataci?

Duplex modus succedendi nepotum in locum patris, vel ex persona eiusdem patris iure representationis, vel ex persona propria. Nec perpetuo nepos, quando succedit in locum filii, venire dicitur ex persona propria, vt sentit Bart. in l. 2. C. de li. prat. & in l. 1. §. si filius, de consung. cum emancip. libe. P. per tex. in l. 1. §. si fil. & ibi Bart. de colla. dot. qui etiam in eo sibi contrarius est, vt scribit Iason, in l. Gallus Aquil. §. & quod si tantum, de lib. & posth. nu. 48. Ioa. Faber,

in §. cum filius, de here. que ab intest. defer. Sed tantum habet id locum in filiis filiorum & filiarum, non in pronepotibus, putat inquit Faber, si habeat nepotem & ex alio nepote defuncto pronepotem. Et ita pronepotem videtur excludi, §. per huiusmodi, de here. ab int. veni. in auth. Speculator, in tit. de succe. ab int. ver. quid si aliquid. tunc tempore videlicet, Joa. Pap. in fi. de here. que ab int. defer. Chass. ad §. 10. des successions, ad ver. & toutes successions, nu. 4. in conf. Burg. quando pronepotes veniunt ad successione patrum cum ascendentibus, scilicet, quando pronepotes succedentes ascendentibus sunt in pari gradu. Ponitur autem quædam regula generalis a Chassano, quod representatio in successione collateralium habet locum ex dispositione iuris, & non ultra: sed consuetudines diuersas interdum in linea directa obtrine: interdum non, Chassan. ubi proxi. numero primo. Ita & bona de quibus successio fit & a qua lege defertur, & forma constitutionum in delatione, & quibus personis, consideranda sunt: adhibitis singulorum finibus & rationibus, quæ separatim vix enucleati possunt, sed simul. §. Filii ergo soli succedunt, si soli sint: & si alii quis illorum mortuus sit, & filios reliquerit, cum illis nepotes, ita & pronepotes in locum patris succedunt ratione paternæ patris, in stirpes: si concurrant cum filio aliquo mortui vel filia, fratribus patris sui. Vt si mortuus intestatus reliquerit filium & nepotes ex altero filio, diuiditur ex æquo in duas partes hereditas: & ita filius mediam partem habebit, nepotes tantundem simul ex hereditate consequentur, aliam videlicet dimidiam, quam inter se diuidant, §. cum filius, de here. que ab intest. def. §. Quod si nepotibus per filios descendentes antiquæ leges tantum amplectebantur, ex filia vero nepotes vel nepes excluderentur, quamdiu ex masculis erant nepotes vel nepes: donec emendatum hoc ius fuit, §. item vetustas, eod. Et primum quidem Valent. Theod. & Archid. CCC. admiserunt etiam nepotes ex filia: verum tamen non æqualiter cum patris vel auunculis seu materteris, sed cum diminutione tertie partis, l. si defunctus, de suis & legi. lib. C. C. solent tamen tunc cum Diocletiano. Et Maximian. in hac successione nepotum ex diuersis filiis variis numeris aui succedere ab intestato, l. 2. eod. C. non pro virilibus portionibus, id est, non partitione facta hereditatis secundum numerum personarum, & vt dicitur, in capita: sed pro stirpibus, id est, habitacione portionis filiorum, ex quibus plures nati sunt. Vt tantum vnus vel plures nepotes ex vno filio consequantur, quantum confectus fuisset pater si viueret. At iure nouissimo, differentia omnis sexus & suitatis olim obseruata sublata. Et hæc lex lata, in successione mortui patris familias sine filii familias liberi eius si sint, omnibus aliis prælatis succedunt. Primi quidem gradus equaliter succedunt nepotes & vteriores, in stirpes. Non distinguendos sexum, vel iur. a potestate, sed naturali causam inspectis, aut in successione, de su. & legit. l. §. 1. de her. ab int. veni. in auth. d. §. item vetustas, de here. que ab int. defer. §. Ceterum in feudis nepos ex primogenito filio excludit patrum in successione feudi, vbi alia non est confectudo, Bal. in l. cum antiquioribus, C. de iure deli. Panor. in c. licet, de voto Guil. Bened. in ca. Raynuitus, in vers. testamento relinquens, l. limit. 18. quam donatus vel conceptus est tempore mortis aui, de cuius successione agitur. Nam si post mortem aui conceptus esset, succumbere petitioni, & patris præferretur, Bal. ad l. 3. de suis & legi. her. C. Guil. Bene. ad d. ca. ad ver. Et si boles quam gestat in vtero, nu. 45. Sic in illa questione pluribus argumentis agitata a Iafone, las. disputat hanc quæstionem in vtrâq. partem, in l. is potest, de acquir. her. ann. 3. 2. vsq. ad §. 1. ubi resolutio, & quando nepos excludat patrum, vide Boer. in consu. Biturig. §. 2. de testam. num. in regno, quod primogenito debetur ex lege, nepos primogeniti mortui excludat patrum, & Alexand. ex Baldo, in d. l. 3. de suis & legit. videtur resolueri, Alex. in d. l. is potest. vt si nepos primogeniti natus est post patrum, tunc nepos debeat excludi a successione regni, vel aliorum bonorum que primogenitis deferuntur: quia non potest tunc nepos dici primogenitus, neque in eum translatum dicitur primogenitura, cum natus sit post patrum. Et, inquit Iason, primogenitus intelligitur natus primus de genere vel de agnatis, c. Ioseph, de ver. sig. l. quod certarum, de post. her. inst. C. §. 1. de grad. success. in sen. C. si vero Conradus, qui seu. da. poss. in vrb. seu. Quod si natus sit ante patrum sub distinguitur: an lex vel statutum, ex quo defertur regnum vel res primogenito, deferat primogenito filio: & tunc strictè verba intelligi debent, & nepos non preferatur patrum: quia appellacione filii proprie non venit nepos, l. filii appellacione, §. l. vtræ, de ver. sig. l. si quis filiar. & l. quod si nepos, de test. iur. Quod si statutum vel consuetudo dicat solummodo, vt primogenitus succedat, nepos hic natus ante patrum præferatur.

Sunt vici docti in hac questione, de nepotis primogeniti & patris prelatione, ut in que accerimis probationibus. Ita est tra defen-
 dentes. Ego tamen quid sentiam, cum liberum sit cui; sententia
 dicendi in tam copiosa varietate, dico: primum mores regnorum
 & familiarum, consuetudinemque antiquam sequi oportere, si de
 ea appareat: in conditionibus enim rerum pacta appoita sequen-
 da iur. in l. traditionibus. de pact. P. Quod si varietate consuetudo,
 vel questio de nouo emerferit, quæ ex maiorum exemplis expli-
 cari nequeat, arbitror filii primogenituræ ius ad nepotem quan-
 documque natum, dummodo conceptus fuerit pendente vita aui,
 transferri patre mortuo ante auium, & ita tradit. Io. Fab. ad §. cum
 filius, de here. qua ab int. def. Chas. ad §. 10. des. successions, nu. 2. Nam si
 filius superuixisset aui filii sui, nulla est questio, cum iam ex perso-
 na filii, ius questitum sit ei: & ita ad suos recte transferat, vt in c. li-
 cet, de vot. Ratio autem huius sententiæ illa videtur esse, quod ubi
 natus est filius, ius primogenituræ in illum traslaturum est, & imple-
 ta sit voluntas statuti: ideoque designatus quodammodo rex vel suc-
 cessor dicatur, non iure here ditario, sed ex dispositione legis po-
 tissimum in regno libero. Atque ita questitum natiuitate prima
 per sanguinis primitias, transfunditur eadem ratione sanguinis in
 nepotem, vnde in cap. quam periculo sum glossam 7. q. 1. Quia sangui-
 nis institutus est ius a natura, interuerti non potest, l. in quibus, &
 l. si quis prioris, de sec. nup. C.

¶ Contra quam oblietur, si agatur de regno non libero cli-
 entelari deferendo ex pacto primogeniti: nam in eo, mortuo pri-
 mogenito, nec nepos ex eo, nec secundo genitus filius succedit, sed
 redit ad dominum. Vt in regno Sicilia iudicatum, quod in eo casu
 ad summum Pontificem redit decedente rege sine superstiti pri-
 mogenito, l. ad l. ius potest, nu. 4. de acq. here. Regnum enim est
 de feudo Ecclesie Romanæ, vt Apulix, & Neapolitanum inuesti-
 turam accipiens a principe faceret ortum Romano, ca. Apostolica, de
 re iur. in 6. Nec successione hic admittimus hereditariam. ¶ Sed
 7. ¶ & cõstat, quæ cedi possunt, si nihil aliud prohibeat: ex parte, trã-
 missibilia esse ad heredes, l. ex plurib. de adm. iuro. P. l. quedam, de
 acq. rer. dom. Primogenita autem libere cedi posse docet sacra pa-
 gina, in exemplo Esau & Iacobi, Genes. 25. & 27. c. si. item opponi-
 tur, 22. q. 2. Transmitteret ergo per primogenitum in nepotes
 patris filii, videlicet secundum intentionem legis, vt qui ex primi-
 tiis generationis nascuntur, perpetuo ad ius de quo agitur, vt legis
 succedant. Et in hac sententia probanda iure diuino & naturali,
 totus incumbit Oldradus, per 18. columnas, conf. 224. incipiente,
 ihs sunt allegationes facte. Quare nec de his plura addam. Moneo
 autem, vt si de feudi successione agamus, legem impostam tradi-
 tionis summo opere & precipue contemplemur, & naturam feudi:
 num diuisibile, indiuisibile, foamineum, paterni, antiquumve sit,
 an transmissibile, vt docuimus in libro feudorum antea in rebus,
 lib. 6. Syna. c. 2. & 3. Hæc enim euoluit facile successione causam
 nepotum. Exempli causa, Feudum Marchiæ, ducatus, imperatus,
 vel alterius regalis dignitatis, de quo fit a rege vel Imperatore in-
 uestitura, mortuo inuestito redit ad regem, nec ad filios vel nepo-
 tes transmittitur: nisi inuestiantur de nouo, §. 1. de feudo Marchiæ,
 in vrb. feud. Vt etiam in bonis, quæ diademati regio annectuntur,
 si cõcedantur a rege alicui, morte eius ius exstinguitur, vt vsufra-
 ctuario decedente vsufructus, & redit ad regem, nõ ad filios pos-
 sessoris: quia eorum proprietatis nõ potest disungi a iure diadema-
 tis, & quæ coronæ sunt, inalienabilia sunt iure communi.

¶ In filiis feudis, interdum soli nepotes, interdum cum patris
 succedunt, propter consuetudo seruata est, & vt dictum, ex natura
 feudi, §. 1. de natur. successio. feud. §. 1. de success. feud. §. 1. & 3. de feud.
 Mar. in vrb. feudo. Siqui dem & aliquando patris nepotes exclu-
 dit, vt tractat And. de Iser. in §. 1. de nat. successio. feud. in feud. col.
 7. & in §. præterea, de prohibita feud. alien. per Feder. ¶ Ceterum
 ¶ in rebus, quæ iure communi recipiunt censuram, iure represen-
 tationis cum patris in bonis aui testati admittuntur collatione
 vtrique facta acceptorum: ita vt non succedant cum patris per
 capita, sed in stirpes: quia ratione propriæ personæ excluderentur,
 vt remotiores in gradu. Nam proximior gradus est filiorum, quæ
 nepotum: quare non succedunt in tanta portione ac filii, sed in ea
 tantum, quam pater eorum tanquam vnus ex filiis, si viueret, ha-
 biturus esset, hoc examinat Guil. Bened. in c. Raynuitius ad ver. & v-
 xorem nomine, nu. 66. Et ita subrogati habent eandem causam,
 quam habituri essent, in quorum iure loco, l. reum qui, §. qui in-
 uenturum si quis cautio. P.

¶ Scio tamē aliquos dixisse, nepotes succedere aui ex persona
 propria, & non patris: representato tantum in gradu filio, & non

in persona Bar. in l. si aui, de lib. pre. & Alex. conf. 4. col. 4. vol. 4. &
 conf. 20. i. vltim. Sed verior est contraria sententia, quam e iur
 Bartolus sequitur sibi contrarius, Bart. in l. Gallus §. & quid si ian-
 tum, col. pe. de lib. & post. Quanquam si agatur de nepote filii, quæ
 renuntiauit dote aliqua accepta & iurauit, quæ ob iuramentum
 non potest ex sua persona petere supplementum, ca. quamuis, de
 pac. in 6. dicere possumus nepotem ex ea, mortua matre ante aui,
 posse petere supplementum legitime, vel agere querela inofficio-
 si, si in aui testamento relictum illi nihil est, quod illi sufficiat pro
 legitima, idque ex propria persona, Bal. in l. si in 4. col. C. eod. Guid.
 Pap. dec. 598. Bar. ad l. qui superstitis, de acq. hered. Gui. Bened. in 3.
 par. c. R. ynnuus in q. de legitima, nu. 6. Is enim non potest excludi
 iuramento matris, quia iuramentum personale est, & aui debet
 legitimam etiam nepoti. Quia nepos, sublata filia, loco filii est: &
 ideo succedit in locum filii. Et si plures sint nepotes ex ea, cum
 patris loco vnus filii, tantum partem capiunt. ¶ Quinimo ¶ & si
 nepotes tantum sint successuri nullis existentibus patris, si ex di-
 ueris filiis vel filiabus plures sint nepotes impari numeri, adhuc
 remanet forma succedendi per stirpes, non per capita. Vt si ex v-
 no fratre sint nepotes tres, ex alio duo, ex alio vnus solum, tantum
 consequetur vnus, qui suam stirpem & locum patris tenet, quan-
 tum duo: & tantum duo, quantum tres: nõ secus ac si cum patris
 concurrerent. Et ita iudicatum scribit Guido Pap. questio. 6. 134.
 Quæ communis est, Bel. in §. 1. in fin. de nat. success. Fel. in vrb. feud.
 Ange. in §. c. filius, de hered. qua ab int. defer. & sanior opinio, pro-
 pter locum quem tenent. Et ita se sæpe consuluisse scribit Guillel.
 Bened. ad cap. Raynuitius, ad ver. & uxorem nomine, num. 69. de
 testam. ¶ At ex rigore iuris ciuili etiam placuit, ne nepotes veni-
 12 re possent ad hereditatem aui, sed tantum ex iure pratorio, l. qui
 se patris, C. vnde li. l. si quis filium, §. si filius, nu. 12. de acq. hered.
 Locum ergo veluti gradus semper tenent ex æquitate patris, et si
 eius persona non veniant.

¶ Et proinde si filius patrem occiderit, & indignus factus fue-
 13 rit successione, nepos quoque ex eo, occiso aui, succedere nõ de-
 bet etiã non conscius vel socius sceleris aut necis illatæ, & ita con-
 tra sententiam Baldi, in l. si quis incestus nup. C. resolutur, Nic. Boe.
 dec. 2. 5. nu. 8. communi interpretum calculo. Et homicida red-
 dit incapax, bona quæ hac via scelerata affectus est, ab heredi-
 bus enuncuntur, vt ab indignis, l. cum ratio, §. si de bon. damn. & ibi
 Bart. & Pau. Cast. in l. codicillis §. matre, de lega. 2. l. Lucius Titius, &
 ibi glo. & Bart. in 2. nota. de in. sic. Sic si frater fratrem occidat, inte-
 stato quidē si proximior sit, succedit: sed ab eo & ab eius filio, suc-
 cesso a filio vindicatur, vel ut ab indignis: nisi sit alius qui in æqua-
 li gradu sit cum interfecitore, ad quem non ad fiscem deuoluatur
 hereditas, homicida & eius filio exclusis. Quod & exemplis illu-
 strat Boerius, dec. 2. 5. in occidente agnatum, vel vxorem, vt eis
 homicida succedat quidem, sed tanquam ab indigno, dummodo
 alii gradu non sint æquales, qui possint succedere, vincuntur here-
 ditatis, d. l. Lucius Titius, & ibi Bart. & gl. Bald. in l. eam quam, ver-
 hac faciunt ad questionem, de fideic. C.

De Successione delata Ascendentibus intestatorum
 descendentium. Cap. 9.

- 1 Heredum pronuntiatio num pertineat ad descendentes, vel colla-
 terales, vel infirmos.
- 2 Ordo successiois turbatur succedentibus, ascendentibus, descen-
 dentibus.
- 3 Mater iure 12. ab. non succedebat filio, quare, & quomodo iure
 ciuili succedat. §. nu. 4. §. 6. & 8.
- 7 Ius liberorum quid.
- 9 Ascendentium quæ sit hodie in descendendum successiois lex
 posita.
- 10 Aui, auia, & superiores quomodo succedant descendentibus.
- 11 Ascendentium successio quomodo recipiat distinctionem ex bo-
 nis paternis, vel maternis.
- 12 Filii fratrum quomodo cum patris & patre vel matre defuncti
 intestati patris succedant.
- 13 Fratres fratrum, filii excludunt auios auiaq, defuncti in succes-
 sione intestati fratris, sine patre & matre decedentis.
- 14 Spiritus intestatis decedentibus qui & quando ascendentes succe-
 dant.

Dvbitatum aliquando est, ¶ num appellatione heredum legi-
 timorum veniant ascendentes: & conclusum etiam est, in
 clausula substitutionis facta alicui, si sine herede legitimo decede-
 rer, non contineri ascendentes, nec collaterales, sed tantum descen-
 Hhhh 2

dentis, *l. ex facto, §. si ad Treb. P. l. 2. §. 3. de su. & legi. heredi. C. vide Guid. Pap. g. 457.* Licet in contrahentibus, & in legibus, ut plerumque, heredis nomen omnes in vniu. r. am directo succedentes, contineat, *l. si. C. de hered. inst. l. sub diuersis, §. 1. de condi. & dem. l. que dam, §. is autem, de eden. §. Ordo* certe turbatur in successione, dum præcedunt filii parentibus, *l. nam & si parentibus, de inoffic. test. Non debent enim filii heredes esse parentibus, sed parentes filiis, iquit D. Paulus, 2 ad Cor. 11. & cum Apostolus, 6. §. prob. bemus, de censib. ca. predicator. 6. g. 1.* Et ordine naturæ filius succedit patri, *l. scripto, §. non sic parentibus, vnde liber. atq; in lege successione interstiti in Numero cap. 27.* Deus meminit de descendentes & lateralibus, de ascendentes successione nequaquam. Nec Plato etiam, in hac successione lege meminit, *Plato 1. de legib. Si quis omnino sine liberis masculinis, & decedat in testat. mas & femina qui ex eodem genere tanquam coheredes domum deserui ingrediuntur, quib. fors proprie competat. Prima soror, deinde fratris filia sororis filia tertia, quarta paterna soror, patris fratris filia quinta, sexta paterna sororis filia.* In Aruernia & in quibusdam aliis locis, ex consuetudine conseruata nunquam descendentes ascendentes succedunt, sed illis sine liberis fati munus obeantibus, vocantur ad intestati successione ex latere proximiores: iisque deficientibus, filius, *Masius. m. §. idem, de consue. de successione, §. ult. volunt.*

3 *Lege 12. tab. §. pater, decedente sine liberis filio vel nepote qui in eius esset potestate, ei succedebat solus, exclusa matre, cui nec filius heres erat, §. 1. de senatus. Tertull. a. lib. 3. Inst. tit. 3. l. 2. C. ad senat. Tertullianus.* At emancipatis filiis, nec pater succedebat, nisi contracta fiducia eos emancipasset, & nominatim in emtione & venditione & emancipatione ficticia, *de forma emancipationis, in §. præterea. & ibi etiam Theophilus quib. mod. ius patr. pot. sol. §. 1. de success. liber. C. ius lib. 2. l. 1. tit. 6.* liberi ius succedendi retinuerunt. Quod emendauit Iustinianus, sublatis emancipationis antiquis & tolemissis titibus, statuens, ut quamvis fiducia de succedendo inter emancipandum contracta non esset nominatim, tamen pro quasi contracta haberetur, nihilominus filio emancipato succederet, *l. si. C. de emanc. libero. §. fin. de legi. agna. succ. apud Iustitia.* Matris repulsum a successione filiorum iustam pluribus rationibus quidam contendunt: quod vel per eam successione, nomen & splendor familiarum occidat, translatis bonis in extraneas appellationes, & in alios honoris titulos, quia filii non matris, sed patris familiam sequantur, *§. sunt autem, vers. at qui, de legi. agna. succ. §. fin. de pat. pot. vel quia alienum a iustitia videatur, agnatorum spolia in alienum virum transferri: quod & durum patris dicit Ioan. Faber, in rub. de nups. in fine.* contraque intentionem defuncti ante patris, cuius etiam animam post mortem trisari scripsit Iustitia, quando mulier secundas experitur nuptias, *§. qua vero, de nups. in aut. utpote quod sæpe secundo viro, & bona & vitam sui filii addidit, lugubrem facit omnem patrimonii statum, & proximorum mouet lacrymas, dum maiorum imagines vident retulias aut aliorum titulos bona adscripta, l. lex qua iutores, de adm. tu. C. Quibus alias nec t. causis Guil. Benedictus, in ca. Rynarius, ad verba, & uxorem nomine Adelsiam, num. 20. 30. 31. 32. 33.* Vnde non improba videtur alieni consuetudo, ut matres non succedat filii. Cuius generis & edictum latum fuit a principe nostro Carolus 9. anno Domini 1567. mensis Maii apud sanctum Marium, quo bona que filio obtrigerunt ex parte vel linea paterna, adirebantur matribus: relicta eis pro omni legitima illis debita, medietate patris horum bonorum in usufructu tantum, & usufructus nomine quamdiu vixissent. De quibus tamen non fit mentio bonis aliunde procedentibus, publicatum hoc edictum in curia senatus Patensensis eodem anno, 29. Iulii Tholofanus tamen senatus publicationem non est passus.

5 *Iure civilis, Claudius Casar matri ad solatium liberorum amissionem legitimam eorum detulit hereditatem, §. 1. de senatus. Tertull. Postea autem senatusconsulto Tertulliano, ut ait Iustinianus, d. §. 1. quod D. Adriani temporibus factum est, plenissime de trisi successione matri non etiam ante deferenda, cautam est, ut mater ingenui trium liberorum habens libertina, quatuor ad bona filiorum sitatamve admitteretur iactatatum, licet in potestate parentis sit: ut scilicet, cum alieno iuri subiecta est, idem Pan. in l. filii, 6. ad senatus. Tertull. l. 38. P. m. 18. iussu eius adeat hereditatem, cuius iuri subiecta est. Huius senatusconsulti Antoninum Pium ab Adriano adoptatum auctorem facit Zonaras, Claudius, inquit Suetonius, in Claudio, c. 19. constituit pro conditionis cuiusque eius uocationis legis Papia Popen: Latris sua Quiritium: feminis uero quatuor liberorum, qua constituta hodie seruatur. Et Be-*

roaldus ad Suetonium tradit beneficium hoc liberorum ab Adriano libertinis postea tributum. Vipianus in titulis siquidem Vipiani est opus, sic scribit de hoc senatusconsulto intestati filii, *Vipia. in ut. 26. Hereditas ad matrem ex lege duodecim tabularum non pertinet: sed si filius habeat liberorum, ingenua, trium: libertina quatuor: legitima heres sit ex senatusconsulto Tertulliano. Si tamen ex filio, neque filius heres sit, qui uel inter suos heredes ad bonorum possessionem a patre vocatur: neque pater ad quem lege hereditas bonorum uel possessio cum uel pertinet: neque frater consanguineus: quod si soror consanguinea sit, ad utramque pertinere iubetur hereditas. Quæ omnia excepta sunt ex l. 2. cum ius §. §. & sequentibus legibus ad senatusconsultum Tertull. in P. §. Quibusque apparet matrem ex senatusconsulto non succedere, si pater filio defuncto superuixerit, ut in l. 2. C. ad Tertull. filiosque defuncti obstitisse matri, l. 2. §. liberi, & l. in suspensio, 8. eod. P. imo adoptiuos tam filios quam nepotes, utpote in familiam translatos, laquissimus, eod. P. §. d. §. liberi. Filiam tunc mor-tui una cum in testat. morte admitti, l. 2. §. sed si quis decesserit, ad Tertull. P. Iulius Paulus explicare videtur quale sit illud ius liberorum in successione matris, his uerbis, *l. l. Pan. lib. 4. recep. sent. c. 9. Ius liberorum plura habebat privilegia horum hoc unum, qua donata Latia. Dio Cass. l. 55. de iure liberorum, composui librum Marcus Verrius Maurus, ius liberorum mater habet, quatuor filios aut habet aut habuit: aut n. g. habet, neq; habuit. Habet, cum superuixerit: habuit, que amittit: neq; habet, neq; habuit, que beneficio principis ius liberorum consecuta est. §. Fuit Constantini postea lex, que non habita ratione iuris liberorum, matri deferbat hereditatem dimini-turam, ex tertia vel alia parte delata agnatis, qui antea non excluderentur ab hereditate, in l. de legi. her. lib. §. C. Theod. tit. 1. Theodosius uero & Valentinianus, matrem iure liberorum subnixam, patruo capite minato statuerunt dare tertiam partem: si nullo uero huius subnixa sit auxilio, quartam, *l. sicut mater, 7. eod. tit. C. Theod. §. item uetus, de her. que ab int. deser. Explicat eodem Theophilus, in §. pen. de senat. Tertull. Iustinianus iterum sustulit omnino ex senatusconsulto necessitatem iuris liberorum, & constituit legitimam iura, que ex senatusconsulto præstantur, omnino ad matrem habere: licet tres liberes ingenua, uel libertina quatuor minime pepererit, l. 2. de iur. lib. l. 8. C. tit. 59. Verum illud retentum est, ut filii defuncti præferentur matri & aditum, ut & filii eiusdem mortui neptes & proneptes eam excluderent, §. præferuntur, de senatus. Tertull. Ab olita liberorum plurium necessitate, cum non uideatur peccata mulier nec arguenda, quod non plures sed pauciores pepererit. Sublata etiam illa mutatio tertiae uel quartæ partis cum constitutione, ut sine illa diminutione filiorum suorum successione acciperent, exclusis omnibus personis legitimis: excepta fratris & sororis persona, ut dicemus, §. sed nos constitutione, in l. si. C. ad senat. Tertull. Sublata etiam in successione, l. 9. de legi. her. C. Sublataque potestas sterilitatis & cohibitus, l. de infir. p. cali. ba. & orbica. l. b. 8. C. tit. 58. Verum tamen adhuc iure legitima eo & Codicis, pater potior matre. Et in lucris aequalitas, & non bonis maternis quæritur filia, primum succedebat defuncti liberti filie: & si non esset, fratres exclusis matre. Post quos, si filia non esset, pater admittitur, etiam si defunctus filie in potestate patris: in cuius tamē bonis quamdiu uixisset pater haberet usufructum, in l. si. com. de success. lib. 6. C. tit. 58. Atq; his modis sæpe uariatum in successione ascendenti, matris, patris, auorum & auarum, & coheredum illarum, uel in distinctione facta rerum, de quarum successione agebatur, uel personarum, uel potestatis, qualitatis, uel temporis, uelexus. §. Sed tandem illa, & uniuersa succedendi formula antiquæ prætoris, iuris antiqui & antiquioris, in unam resolutionem redacta sunt, & istam se. resolutionem tradit Guil. Bened. in repet. c. Raynuius, ad uer. & uxorem nomine, nu. 73. 74. 75. 76. §. seg. Vt si pater solus superstitis mortuo filio in potestate constituto, solus succedat: si uero una cum illo mater superstitis sit, uterque filio æqualiter succedat in proprietate & usufructu bonorum castrensiu: in bonis uero aduentitiis, in quibus pater quamdiu uixerit habet usufructum, l. cum oportet, de bo. qua lib. C. mater cum patre in proprietate succedat: usufructum pater quamdiu uixerit integrum retineat, & eo mortuo mater cum usufructu patrem suam possidet. Sic emendata est lex antiqua quoque, qua pater accipiebat castrensis filii non iure hereditario, sed iure peculii solus, l. 1. §. 2. & l. præponebatur de castren. pecul.***

§. Quod si agatur de liberis emancipatis, bona eorum diuisi sunt æqualiter inter solos patres primi gradus, inter patrem & matrem si soli sint. Sed si defuncti non sint primi gradus ascendentes, pater aut mater, sed tantum secundi uel tertii gradus, aut uxor, uel

testa. P. Imo si vinculum obligationis, quo filii parentibus neantur, inspiciamus, maiori cum ratione deferenda erunt bona filiorum parentibus, quam parentum filiis. Cum non possimus Deo aut parentibus gratia & beneficia pro dignitate acceptorum & pro meritis rependere, *Ariff. li. 9. Eibic. c. 1. Paris honor post Deum, Ioseph. lib. 2. cont. Apponem, honorati iussit Deus parentes, Exod. 20. 2. Prouer. 20. Ecclie. Honor pro illo non conficitur in sola reuerentia, sed in beneficiando, & in largitione bonorum, Marc. 7. Plato, 5. de Repu. 1. ad Tim. 5. c. si qui filii parentes, 30. dist. Quod si propter benemerita responsum est deferri successiones, nec adiecit pro hoc. P. quis negare poterit, deberi hereditatem patri & matri, qui de filio optime meriti sunt? Et Phalaris, quamuis Tyrannus, tamen natura impellente simile profert testimonium, scribens Paulorae filio, *epist. Phalar. 1. 9. Μάλιστα μὲν ἀριστοτέρως τὸς γονεῖς, ὃ παῖ, ἐργάζουσι πατρὶν κληρὸν πλεονεκτήσειν, τὸ δὲ καὶ σφραγίσαντες ἀλλοῖς ἐνδοξοῦσι, ἢ ἢ μὲν ἴδιον τῆς τῶν ἡμετέρων κληρὸν τοῦ αὐτοῦ ἐνεργησάντων γὰρ ἐστὶν. ἐπίνοι πατρὸς μέγαλον ἢ μηδὲν. ἢ γὰρ ἀπὸ τῶν ἰσῶν καὶ ὁμοίων πατρὸς ἂν εἴη διδοῦσα, πλεονεκτήσειν ἀλλοῖς ἀνεύχοντες ἄλλοις, id est, Maxime te utrumque parentum amare oportet, o fili, & plurimi facere: hoc enim filio pius & honestum, ut genitorum, & eorum qui tot beneficia in eum contulerunt, recordetur. Quod si ab officio desistendum est, matris potius quam patris. Non enim tibi sunt in educatione patris & matris paria officia: sed hoc cum filios uterque uoluerit, pepererit, educauerit, alios innumeris fert labores. Prima, inquit Valerius Maximus, nature lex est, diligere parentes, *Val. Max. li. 5. c. 4.* Est locus hic omnibus familiaris & tritus, etiam iocundus bonarum disciplinarum literis, quare nec huic diutius immoror: sufficitq; mihi indicasse, quae ad hanc nostram rationem de subuentione paterna & materna dici possunt, quae otium cuiusque potest facile producere, *l. si de impube. & alius sub. si. cum scimus, §. si de agri. & consil. lib. 11. C.***

¶ Tertia igitur ratio, quod propter personarum filii & patris coniunctionem naturalem, ut pene pro eadem persona habeantur, *§. si vero, de iun. stipul. & eadē voce ad propria bona reuerti dicitur pater succedendo filio, l. 1. largius, de success. edi.* Nec est ferendum, patrum & filiorum, ut neque fororum & fratrum, uxoris & mariti familiam diuidi, *in l. pen. commu. vtri. indi. lib. 3. C. si u. 38.* Et cum vel ex occasione patris, vel eius generationis causa, ob quam videntur omnia a patre accepisse, filii bona sibi quaesierint: ea ipsa æquum est redire ad eundem patrem & matrem, quasi ab iis profecta. Ne liberalitatis superiorum in filios munificentia, formidine iniecta amittendi, reuocetur, *l. 2. de bon. que libe. C. l. dos a patre, solu. matri. C. ut res de facili redit ad suam naturam, l. si vnus, §. pactus, de pac. P.* Exemplo nobis esse possunt arbores & plantæ, quæ ubi æstate fructus & folia produxerunt, ubi hyemis aduenientis frigore, ramos a se productos penitus exui foliis & veluti vita sentiant, statim succum & alimentum, vimq; omnem, quam per truncum in ramos sparserant, ad radices vnde processerant, reuocant: ut adueniente vere & tempore opportuno regenerationi inseruiant.

¶ Et iure etiam primo ciuili Romanorum, filii ratione vitæ & necis personæ, & bonorum omnium, in libera erant paterna dispositione, propter ius patrium a Romulo parentibus concessum, *Diony. Halic. lib. 1. c. 8. Antiq. Roma. l. si. de pat. pot. C.* Omnia etiam filius iure Pandectarum patri quaerebat, ut nec momento dominium quaesitorum apud illum remaneret, *l. placet, de acquir. her. P. l. 2. de castr. pecul. P. l. si. C. eod. tit.* Rationes autem, quæ extra potestatis patriæ considerationem faciunt, fauent etiam matri: sed & illa quod eodem iure Romano, materfam. quæ conuenerat ritu legitimo in manum mariti, si in filio erat in successione mariti, & vna cum filiis succedebat, *Diony. Halic. in 2.* Et proinde mitum non est, si cum filiis mortuo filio succedat. Sunt & labores plures, quos mater pro liberis sustinet, ut docuimus ex Phalaride, & docetius, *c. 2. de conuers. infidel. ut recte miserationis ratio, & debiti naturæ ius rectissime eas admitti iudicet. Et ut malæ famæ est qui dereliquit patrem: ita maledictus a Deo, qui exasperat matrem, Ecclie. 1. 3. c. Quod contingeret, si priuaretur filii luctuosa successione.*

¶ Atque Baldus, *consil. 83. in 5. par. consil. annotauit, statutum* excludens matrem a successione filii esse iniquum, & contra naturalem rationem, nec valere etiam adhibita confirmatione principis quia princeps non censetur statuta confirmare, nisi quæ iusta sunt, ut ait Cynus, *in l. 1. de iis qui sunt sui vel alie. iur.* Plura de hoc statuto disputat Nicol. Boerius in §. 3. de testam. in consuet. Biturig. Consentiant autem omnes interpretes, quod valet

statutum seu consuetudo, qua pater & mater certum quid tantum accipiant de bonis & successione filiorum descendendum, ut *Alber. de Re. in 1. par. statu. quæst. 60. & 2. par. quæstio. 110.* potissimumque tuerentur illud illi, qui omnino legitimam ascendendum tolli posse defendunt, *Lud. Roma. consil. 32. pen. col. Chassa. ad §. 2. ad ver. que ne leuir laisse leur legitime. nu. 5. & ad ver. la tierce partie des biens. num. 4. tit. des successions in consuet. Burgund.* Imo & exclusam matrem a successione vniuersali filii, excludi a successione legitime, *l. si in l. si quando. §. si. nu. 10. & in de inoff. testa. C. Pau. Cast. in l. Titio centum, §. Titio genero. col. penul. de cond. & dem. P. & consil. 106. Alex. consil. 68. in 4. vol. vide Pano. consil. 75. in 1. volum. quia ea ius debetur, qui ab intestato succedere possunt, l. parentibus, C. de inoff. testam. ut diximus in ca. de legitima, superiori libro.*

¶ Quare & in feudorum successione maxime inspicitur consuetudinem quæ obtinuerit in præcedentibus actibus. Verum communi consuetudine feudorum, descendendum non succedunt in feudis ascendentes, in §. 1. de success. feud. in vrb. feud. per rationes quas quidam adstruunt, quod minus idonei bello senes quæ iuuenes: quia per feudi traditionem consulari hereditibus, id est, filiis, non ascendentes, & alii: de quibus disputant inter. in §. 1. de natu. success. feud. in vrb. fea. glo. in §. 1. de natu. success. feud. eod. lib. Bart. Chassin §. 6. ad verba, & les enfans de ses freres, nu. 5. & 6. & 7. Vbi & id ipsum ad emphyteosin extendit ecclesiasticam Guill. Benedic. de hac etiam verita ascendentes feudi & emphyteosinos ecclesiasticæ successione tractat, in c. Raynuitus, ad ver. *Ei uxorem nomine Adelsiam, nu. 92. 93. 94.* Quæ tamen de feudo nouo dicta intelligunt. Et ideo successorem in feudo antiquo vel paterno locum habere concludunt, secundum sententiam Petri Iacobi, in praxi, tit. de libel. ex condic. & morib. pen. col. Chassa. ad §. 1. tit. des success. feud. ad ver. & les enfans de ses freres, num. 12. *Iac. de Ard. 70. in tit. de success. feud.* Vnde probatur & succedere patræ filio, si in manibus domini eiaruit feudum eliens in fauorem filii, ut in manibus inuestiret, ea lege ut si filius præmoreretur, ad patrem feudum rediret, *de Ard. 70. in §. 1. de nat. success. feud. Chassa. vbi sup. nu. 8. in 1. limit.* Item si filius contemplatione patris de feudo fuisset inuestitus propter seruitia patris, *Aluaro. & alii inter. ad tit. 1. de nat. succ. feud. ar. 1. l. dedit dotem, de col. bon. P. l. sed si plures, §. in arrogato, de vulga. P.* In Gallia vero proprii sunt mores etiam in feudo, tamen ex consuetudine generali, in illis successio, quæ locum habet in patrimonialibus, *Chassa. vbi sup. nu. 10. & ad §. 1. ad ver. incho. feudales, tit. de feu. in consue. Bur. 70. Fab. in auth. ingressi, de sacros. eccle. Guill. Bened. in c. Raynuitus, ad ver. & uxorem nomine Adelsiam, num. 94.*

¶ Obseruant & nihilominus iura Iustiniana casus, in quibus admittitur successio ascendentibus. Si patres qui habebant filios ex primo matrimonio, vel maritus mortua uxore matre eorum, vel mater mortuo marito, nuptias repetant. Nam tunc coniunx, qui in matrimonium repetit, non potest in proprietate succedere in his bonis, quæ a priore præmortuo coniuge filio mortuo aduenerunt: in aliis tamen succedit, siue autina sint, siue aliunde quaesita, vna cum fratribus mortui, *§. si autem intestatus, §. si vero expectet, de nup. col. 3. Corrigit, d. §. si autem, l. cum igitur aliquando sit, de non elig. sec. nub. in auth. col. 1. tit. 2. vide l. femina, & auth. ex testamento, & auth. uxore, de sec. nup. C. §. Gregoriana, vers. perspeximus, de non elig. sec. nub. in auth. eod.* Hoc disputat & concludit Guill. Bened. in d. verbis & uxorem nomine Adelsiam, nu. 83, 84, 85, 86, 87, 88. Chassin in §. 6. tit. des successions, ad verba ligne directe, nu. 7. in 4. limitat. Angel. in §. hinc nobis, per illum tex. de nup. in auth. Et quamuis in familia, l. 1. C. de sec. nup. pena remissa sit transeuntibus ad secundas nuptias, *c. pen. & fin. eod.* propter dictum Apostoli, *nubas in Domino,* quia post mortem soluta est mulier a lege viritatem remanent penæ legales, & ademptionis bonorum ex hac coniunctione repetita per habentem liberos, si in fauorem liberorum sunt, *Oldra. consil. 33. ibi, quidam habuit uxorem, vide Roman. consil. 2. & consil. 190. vide Pbi. Dec. consil. 230. Interpr. ad c. fin. de sec. nup. Bart. in l. liberorum, §. 1. de iis qui nos. inf. P. Felin. plene in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, consil. 16. de consil. ut tradit iudicari vbi sup. Bened. nu. 90. Ut etiam l. omnem, C. ad Tertullia. locum habeat, nisi testator vel testatrix, a quibus bona processerunt, prohibuerint penas has locum habere, *Bald. & Paul. Castr. in l. filium quem habentem, C. famul. ercise.* Quod autem diximus de lucri priuatione prætextu secundi matrimonii, multo magis etiam habere locum, quando auus vel auia vel superiores succedunt descendentibus, scribit D. Guillelmus Benedic. vbi supra, numero 89.*



8 ¶ Docent & iura nostra, secundo loco matrē excludi a successione filii, si eo cōstituto in minori etate, in qua mortuus fuerit, non petierit tutorem dati intra annum, *l. sciant. de legit. hered. C. §. si de Senat. Tertul. Bart. in l. 2. §. quod si forte. eod. P.* vel si ventri non petiit curatorem. *l. 2. §. quod si prognans. ad Tur. in l. P. Bart. in l. matres. eod. P.* Patet tamen Chalfanzus, ex negligentia non petiit tutorem minor, non priuari matrem successione: quia iure mater patris & legitima administratrix personæ & bonorum filii est, si vel. *l. Chaff. ad d. §. 6. de successione. ad ver. ligni directe. n. 7. limit. 2.* Et ceteris qui semper iure suo uti, si agatur de evitanda crimine. *l. merito. pro soc. in P.* Veruntamen si ad secundas nuptias conuoluerit, cessat hæc præsumtio: si non petierit tutorem: & ideo ius illi adimit successione, *§. si autem tutelam. de nupt. in auth. l. omnem. 6. C. ad Tertul. 2. §. si mater tutelam. eod. P.* ubi distinctio ponitur. Hanc tamen penam putat sublatam esse per consuetudinem idem Chalfanzus, *ubi proximi. in 3. limitat.*

9 ¶ Tertio, si priuari filii successione contra tabulas filii patrem responsum est, si contra pietatem eum male afficiens, eum manumittere coactus fuerit. *l. si si a par. qui sue. man. P.*

10 ¶ Neque si qui deliquit, dignus præmio est. *l. relocatorum. §. si. de inter. C. relega.* Sed necis, quarto qui liber. s. necauit, eorum habet successione. *l. si ab hostibus. §. si. solut. matrim.* Idipsum si culpa eius mortui sunt. *l. 3. de his, quibus ut indig. P.* Si enim indignus est successione defuncti, qui non vindicauit eius mortem, *l. heredem. eod. P. l. 1. C. eod. cum similib.* multo magis qui eam intulit.

11 ¶ Subinde si quinto loco, parentes, qui liberorum in furore conitutorum curam neglexerint priuatur successione eorum, ut indigni, *auth. liberi. C. de episc. audien. §. si unum de predictis parentibus, ut cum de appell. cognosc.*

12 ¶ Proximam est sexto loco, vt qui quæve, filii filiamve exposuerit, vltra penas quas meretur criminis, priuatur successione. *C. de infans. ex post. l. 2. eo. C. l. 1. §. pena. de libe. agnos. P. l. nec filium. C. de par. pote.* Sic enim expositus, videtur incertum patrem & matrem, vel eam habere, qui dignus filio non fit, cum filium dignum se non existimauerit. Et ideo vitilitati omnia ex filio proveniente priuandus, *l. fin. pro derel. P. l. 1. §. sed scimus. de lat. lib. toll. C.* quamuis certus fuerit. Dicunt enim comici & tragici poete, aliquique alii historice auctores, mulieres seu meretrices, quæ seuo crimine exponebant liberos, non oblitus penitus se esse matres, sed ex ornata suo quadam cum filiis exponere, ex quibus aliquando agnoscebant liberos. *Per. Victor. lib. 2. var. lectio. ca. 3. Plutarch. in Theseo.* Quod tamen fallax est argumentum probationis. Et hæc quidem ita se habent in iure ciuili propofita & emendata. Reliquum est, vt quid de successione ascendendum alibi & apud aliquas nationes statutum sit, paucis indicemus: vt ex paucis liceat colligere suum cuique morem, & leges patrias confirmatas a superiore. in succedendo siue ex testamento, *l. fin. specialt. 9. C. de testamen. siue ab intestato, esse sequendas.* Tanta enim est humanorum ingeniorum diuersitas, tanteque ac variz legum occasiones, vt non iisdem regulis eade in apud diuersos temperari nequeant.

13 ¶ Lex si Alemanorum in successione parentum, hæc, *in legib. Alemanor. titul. 92. §. 1. Si qua mulier, qua hereditatem paternam habet, post nuptum prognans peperit puerum, & in ipsa hora mortua fuerit, & infans viuus remanserit aliquanto spatio, vel vnus horum, vt possit aperire oculos, & videre culmen domus, & quatuor parietes, & postea defunctus fuerit, hereditas materna ad patrem eius pertinens: & tamen si testes habet pater eius, qui vidissent infantem oculos aperire, vt potuisset culmen domus videre & quatuor parietes, tunc pater eius habet licentiam cum lege defendere.* Statim aut iure ciuili, ubi natus est posthumus, fit heres patris & matris, si vnus perfecte natus est: & si vocem non emiserit, & licet illico postquam in terram cecidit vel in manibus obstetricis, decessit. *l. 2. §. 3. C. de posth. hered. instit. lib. 6. C. tit. 9.* Lex autem Salica sic habet, *in tit. 62. de allod. Si quis mortuus fuerit, & filios non dimiserit, si pater aut mater superstitus fuerint, in ipsam hereditatem succedant.* Et hæc lex cum legibus iuris ciuilibus nouis conuenit. Lex quoque Ripuaria hæc, *in titul. 58. §. 1. Si quis absque liberis defunctus fuerit, si pater materq, superstitus fuerint, in hereditate succedant.*

2 Agnati qui, & quando ab intestato succedebant: & qui consanguinei fratres, & uterini.

3 Agnati tantum proximiores succedunt.

4 Fœmina quomodo & quando ex l. 12. tab. & media Iurisprud. & nona vocarentur ad successione intestati.

5 Collateralium personarum succedendi qui hodie ordo.

6 Fratrum filii & sororum etiam dotatarum iure representationis quomodo succedant patris.

7 Frater uterinus tantum, & consanguineus tantum defuncti, quomodo succedant intestato.

8 Fratrum intestati successione tria singularia.

9 Fratris indigni hereditas ab intestato ei deuoluta, cui deferenda, si se an proximioribus.

10 Spiritus quibus collateralibus succedant ab intestato, quive eis succedant.

11 Sed quid si illi incestuosi sint vel adulterini, vel matres illustres. In Gallia non succedunt, nec illis succeditur ab intestato. Et qui illorum bona habent. *num. 11. l. 1. 2. 3.*

12 Adoptiuo quomodo consanguinitatis iure succedant transfusaliibus.

13 Adoptiuorum bona vt in familiam redeant adoptantis, a quo processerant, lex Solonis.

Hereditas intestati defuncti, si non superlunt descendentes vel ascendentes, deferretur ad cōiunctos ex latere. Variatus tñ huius successione ordo, sicut & qui erant descendentiū & ascendentiū. Nā leg. 12. tab. primū, vt diximus, deferretur suis: dehinc consanguineis: postea agnatis, & per fœminæ sexum proximioribus. *l. 1. §. fin. l. 2. de suis & legu. hered. P.* Et ex eadem lege admitterebantur pari modo fratres & sorores ad successione fratris prædefuncti, quamuis non essent ex eodem patre vel matre geniti, *l. 1. C. de legit. hered.* Alio iure frater & soror præmortui, cum filiis ex fratre alio præmortuo quoque superstitibus, siq; nepotes cum patris non concurrebant in hereditatem patris. *l. consanguinitatis, eod. P.*

¶ Legis si verba 12. tabul. erant, *l. 26. §. 1. de legi. agn. succed. P.* si intestatus moritur, cui sui nec exstabit heres, agnatus proximis familiam, id est, bona, pronuntiatio. *155. de verb. sign. P. habeto.* Agnati sunt, cognati per virilis sexus personas cognatione cōiuncti, *§. si nemo suus, de legit. agn. succed. P. §. 1. de legit. agnat. iur. ap. Iust. l. 2. §. agnati, de suis & legu. in P. l. in tit. tit. 11. §. 25.* quasi a patre cōnati: vt ex eodē patre nati fratres vel sorores, agnati sibi sunt, qui & cōsanguinei dicuntur etiam *l. inter agnatos 5. unde leg. l. 2. de suis & leg. l. 1. §. 1. de gra. aff. P. l. 4. rece. sent. 11. 8.* si ex diuersis nō eadem matre nati sint: quo casu essent & vicini dicti. *l. fratres, 2. 7. C. de inoff. testam.* Item patris fratris filio, & inuicem is illi, agnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt, qui & consobrini vocantur. *§. quarto gradu, de gra. cognatio. l. fin. §. quarto gradu, de grad. aff. in.* qua ratione etiam ad plures gradus agnationis peruenire poterimus. Consanguinei tamen proprie in hac questione successione, fratres & sorores sunt ex eodem patre: reliqui ab iis descendentes, agnati. *Theophil. ad §. ceterum, de leg. agn. succed. l. 2. in princ. §. l. 3. §. consanguinei, de suis & legu. hered.*

¶ Verum si non omnibus simul agnatis dat lex hereditatem, sed iis, qui tunc proximio gradu sunt cum certum esse cōperit aliquem intestatum decessisse. *§. sunt autem agnati, de legit. agnat. succed. l. 2. de suis & legu. P.*

¶ Lex si duodecim tabular. quidem indistincte vtrumque sexum masculorum & fœminarum secundum agnationis gradum vocabat: sed media Iurisprudens postea secuta, quæ statuit, vt iure consanguinitatis seu fraternitatis sorores quæ essent, defuncti hereditatem caperent in vltiori gradu vero existentes, non caperent. Masculi autem earū hereditates ab intestato, etiam si longissimo gradu essent, admitterentur. *l. lege 12. tabularum, de lib. pater. §. ceterum inter masculos, de legit. agn. succed.* Hanc mediam Iurisprudenciam ad legem Voconiam refert Iulius Paulus, lib. 4. tit. 8. *idipsum in adit. l. in tit. tit. 2. 6.* Idq; statutū ita erat, ne fœminæ ditiores factæ, se viris æquarent. Videbaturque ex dignitate familiarum esse, vt in familiam masculorum, vt digniorum fœminis omnib. *l. 1. de Senato. P. l. in multis, de sta. ho. remaneret bona: & ita familiarū splendor conseruaretur, l. pen. §. de ven. in f. P. c. quæ in liberis, qui in aliam familiam non transeunt, consequimur, & æternitatis nomen per illorum generationem certius paramus. l. liberorum, 220. l. pronuntiatio, 195. l. familia, 196. de verb. sig. P.*

De successione intestati collateralium fratrum filiorumque. Cap. 11.

1 Hereditas intestati defuncti vario ordine delata ad collateralis.



Ceterum, prator subinde temperavit hanc legem ex æquitate, cui visum fuit iniquum, feminas agnatas tanquam extraneas omnino excludere. Et ideo eas ad bonorum possessionem admisit, ex ea parte edicti, *unde cognati*, qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur: dummodo neq; agnatus vllus, neque proximior cognatus, interueniat. *d. §. ceterum, §. l. 4. vn. cog. §. 1. de serui. cog.* id est, sicut colligitur ex Theophilo, *ad §. ceterum*, de leg. agn. success. in suis iust. v. vita tantum admitterentur, cum deficerent omnes cognati & cognati cuiuscunq; quos gradus, & feminæ iure tantum tertiæ speciei cognationis admitterentur, vt proximæ, si nulli essent masculi ex cognatione, & omnibus remotioris gradus masculis prælati feminis. Sanciuir deinceps Iustinianus, *§. ceterum. de leg. agn. success. l. pen. & si. de legi. here. C.* omnes legitimas personas, id est, per vitilem sexum descendentes, siue masculini, siue femini generis essent, simili modo ad iura successioneis legitimæ ab intestato vocari, secundum sui gradus prærogatiua: nec ideo excludendas, quia consanguinitatis iura sicut Germanæ non habent.

Atque tandem iuris nouissimi ordo intestatæ successioneis delatæ collateralibus, hic fuit status & fixus. Vt si quis decedat sine descendentibus, vel ascendentibus, vel cum illis: sed qui repudiarunt hereditatem, vel eam consequi non possunt, vel si non adita & non transmissa decesserunt, iuxta l. defunctis, C. de legit. hered. si sunt ei fratres vterini & consanguinei simul, id est, ex vtroq; patri parente patre & matre, illi succedant, *§. reliquum. de here. ab intest. veni. col. 8.* & excludant fratres ex altero tantum latere coniunctos: qui tamen, si soli super sint, sine fratribus vtrinq; coniunctis, mortuo sine ex patre tantum, siue ex matre tantum coniuncto succedunt soli, aliis agnatis exclusis. *auth. itaq; commu. de successio. authen. cessante, auth. post fratres, i. de legi. hered. C. §. si igitur defunctus de heredit. ab intest. veni.* Ita duo vincula cõiunctionis fratrum vno sunt fortiora. *§. sed hodie, de ad. l. cum in adoptiuis, C. eo. §. 1. de consangu. coll. 6.* Et vnum proximius vnius etiam lateris fraternitatis fortius, ratione gradus præstantiusque aliorum agnatorum. Neque hic distingendum est a quibus, an a patre vel a matre bona defuncto aduenerint: nam siue sint paterna, siue materna semper vtrinq; coniunctus excludit ex altera parte coniunctum. Vt patet succedens in patrimonio bonis que non a patris aut matris, sed fratris. *Et ita tenet Dyn. in tract. de success. ab intest. circa finem, per auth. itaque, C. commu. de success. Nicol. de Vbaldis de Perusio, in tract. de success. ab intest. a. in 3. part. princ. Mar. Mathesla. in tract. etiam de success. ab intest. a. in 3. art. princ. & sibi Ludou. Bologninus, in aditionibus.*

Quod si defunctus reliquerit fratres vtrinq; coniunctos, & filios præmortui fratris vtrinq; coniuncti: filii fratris vtrinq; coniuncti succedunt loco patris in stirpes cum patris vtrinq; coniunctis, *d. auth. cessante. C. de legi. hered. §. si igitur defunctus, de hered. ab intest. veni. in auth.* Et ita hic locus est iuri representationis lateri filios fratrum. Quod & in sororum filiis obinet. *l. lege duo decim tabularum, de legi. hered.* etiam si sorores dotatæ fuerint a patre communi earum & decedentis: quia hic non agitur de successione patris, sed fratris: neque conferre quippiam oportet acceptum. *l. i. eod. C. Imo si defunctus decesserit relictis filiis fratris sibi vtrinq; coniuncti, cum fratre quoque ex altero latere, puta matris aut patris tantum, coniuncto: illi filii fratris excludent a successione consanguineum tantum, vel vterinum tantum fratrem defuncti, idque iure representationis. §. defuncto, vers. unde consequens, de hered. ab intest. veni. in auth.* Succedit porro vtrinq; coniunctis defuncto, non existentibus proximis, frater ex vno tantum latere coniunctus, exclusis remotioribus agnatis, eo quod sublata sit agnationis & cognationis differentia, quod pertinet ad hanc intestatam successioneis. *d. auth. post fratres, i. de legit. hered. cum aliis proximo citatis authen.*

Sed si concurrant in successione defuncti, frater vterinus tantum defuncti, & frater consanguineus tantum eiusdem defuncti, dicant in bonis quæstis mortuo a patre, præferri consanguineum tantum: in bonis vero a matre quæstis: vterinum tantum: in aliis vero bonis aliunde quæstis per defunctum, æqualiter succedere, vel eorum filios loco illorum, si sint. *gl. fin. & Bald. in d. authen. itaque, commu. de succe. per l. de emancipatis, in fin. de leg. hered. §. 1. in fin. de consan. & vterinis in auth. coll. 6. Dyn. in d. tract. de succe. ab intest. & Nicol. de Vbal. vbi supra.* Excludunt etiam ii filii fratrum, vt fratres, patruam & amitam, auunculos & matereras defuncti. *Bald. ponit exemplum in auth. post fratres.* Exempli causa, Petrus & Paulus fratres fuerunt, Paulus decessit relictis duobus

liberis fratribus Stycho & Ioanne: decessit etiam Ioannes, superstitite Antonio filio relicto: decessit nepotissime & Stycho sine liberis, superstitite Petro patruo, & Antonio nepote transuersalium: nepos excludit patruum, non quidem proprio iure, sed representationis: quia filius personam respicias, is est in tertio gradu collateralium, & pari modo etiam patruus ex alia parte: vnde cum in æquali gradu sint, concurrere deberent. *auth. post fratres, sibi, vt patet in gradu, pariter admittantur, de legi. hered. At si respicias ad ius representationis, hic patris locum tenens, est in secundo gradu, & ita remotiorum in tertio patruum defuncti excludit.*

Obseruandum tamen est, tria esse singularia in hoc gradu & secundo etiã hodie fratrum, & filiorum fratrum in successione fratrum. Primum est ius representationis, *§. hoc etiam addendum, de legi. agn. suc.* quod non habet locum in vterioribus gradibus, vltra fratres fratrumque filios. *§. si vero neque fratres, de hered. ab intest. veni. in Nouel. Iustiniana. auth. post fratres fratrumque filios, de legi. hered.* Secundo, vt quod & dictum est, vtrinq; coniunctum præferri coniuncto ex altero tantum latere, & filios quoque vtriusque lateris coniuncti, non habeat locum in vterioribus transuersalium gradibus, extra fratrum filios. *gl. in d. authen. post fratres sibi, & filiorum filios, & c. Jacob. de Bellovisi, in d. §. si vero neque fratres.* Nam in vterioribus tantum proximitatem gradus incipimus: sublata differentia omni masculorum & feminarum iure ciuili. *d. auth. post fratres.* Exempli causa, si quidam Petrus decesserit, relictis Ioanne & Martino fratribus patre vel consobrino: si pater Ioannis coniunctus erat patri Petri defuncti ex vtroq; latere: pater vero Martini coniunctus esset tantum ex vno latere patri eiusdem defuncti Petri: non præferretur Ioannes, qui filius erat patris coniuncti ex vtroque latere patri defuncti: sed concurrent Ioannes & Martinus æqualiter. 3. Singulari, vt inter fratres defuncti fratrumque filios, successio diuidatur per stirpes, non per capita, post vero gradus hos, inter vterios vocatos, defuncti hereditas diuidatur in capita. *§. si vero neque fratres, de hered. ab intest. veni.*

Ceterum, si frater cum suis filiis priuatur successione, vt indignus, si frater necauerit: & iure ciuili, successio alioquin ei debita, non ad proximiores, sed ad sicum peruenit. *l. cum ratio, §. fin. de bon. damnat. P. Hodie tamen æquius putat Bartolus, in l. hereditas, num. 3. de iis, quibus vt indign. C. si nondum ad sicum delata successio est, potius adiudicandam proximioribus, priusquam deferatur patriciæ. Erit etiam sepe iudicatum est in curiis supermis, *Aufser. dec. capel. Tholosan. 1. 3. Ioan. Gallus, quest. 146. Pap. lib. 2. o. Rhapso. aresto. tit. 1. ar. 1.**

Sed & hic operæ pretium est, & in omni collateralium successione annotasse, quod diximus in ascendenti & descendenti intestatorum hereditate de spuris, vt si agamus de patris collateralibus: illi neque spuris, neque spuris illis succedant. *l. hac parte, & l. si spuris, unde cogn. §. filius vero, quibus mod. nau. eff. sui.* Quæmadmodum dictum etiam olim de naturalibus. *l. fina. C. de nau. lib. §. 1. vero de maternis collateralibus. recte dictum est, illos inuicem sibi succedere, §. nouissime, ad Senat. Orficia, §. fin. de nupt. quia in istis est certitudo matris, & naturalis, proximitatis effectus, *d. l. si spuris, & l. hac parte, vn. cog.**

Dubium tamen hic remanet, quia illustris mulier non habet heredem spurium, neque ei heres illa est, *l. si qua illustris, ad Orficia. C. neque etiam quælibet mater succedit incestuoso, adulterino, nefando, & similibus, auth. ex complexu, C. de incest. nupt. neque illi matri: num idem ius seruandum sit in collateralibus matris, vt illi non succedant istis, neque isti collateralibus. Resoluant autem Ioan. Petrus, *ad leg. 2. de in ius vocand. P. & Nicolus de Vbaldis Perusini, in tractat. de success. ab intest. art. 3. inter spurios illustris mulieris, & inter natos ex incestuoso, adulterino, infandoque concubito, & ipsos transuersæ lineæ matris proximis, esse ius mutuum successioneis ab intestato: & ita fratres legitimos & naturales, & naturales tantum, & contra, & alios non excludi successione. Nec obest, quod mater illis non succedat, nec illi patri: quia hoc fit propter matris delictum, *§. fin. quibus mod. natur. eff. sui, in authen. & in l. fin. C. de natur. libe.* quod personam non egreditur, *l. si qua pœna, & l. crimen paternum, de pœn. P. l. fin. cimus, C. eod.* Ac rursusque puniendi delinquentes, & qui magis delinquant, non delinquentibus. *ca. sicut dignum, de homicid. Nec negari potest inter huiusmodi personas, coniunctionem esse sanguinis & proximitatis. d. l. si spuris, & l. 1. unde cogn. Et proinde regulas iuris generales, que vocant proximios, in illis locum habere, maxime cum non in illis, sed in matris successione inueniantur***

possessionem pollicetur: ex qua parte tamen ea lege admittebantur, si neque agnatus vllus, neque proximior cognatus interueniret. *d. s. ceterum, & d. l. leg. duodecim tab. l. 4. vnd. cog. P.* Sic etenim & cognatos a iure 12. tabularum incognitos, prætoris æquitas admittit, deficientibus agnatis. *l. i. cod. §. 1. de succ. cogn.* Et vt agnati succederent vsque ad decimum gradum, ordine prioritatis: ita & agnati vsque ad sextum. *§. fin. eo. computationem graduum docet l. 1. & l. jurisconsultus. de gra. affin. Vnde rationem, cur cognationis gradus non extenderebatur ultra 6. apud Jul. Paulum lib. 6. tit. 11.*

3. *¶* Addidit *¶* prætor, cum ob varias de intestatorum successione leges, iura de hereditate deferenda difficile comprehenderebantur, edictum, vnde legitur, *¶* vnde agnati, quod inuauit omnes intestatorum hereditates. *in generaliter. 3. vnde legit. lib. 3. §. 8. P. tit. 8.* Fecitque agnatis gradus ad succedendum idoneos, ne quis facile decederet sine herede. *§. adhuc autem. de bon. poss. apud Iustin.* Ex cum lex 12. tabularum statueret, vt repudiante primo vel proximo agnatorum, eidem amplius non deberetur hereditas, prætor adhuc viam succedendi in eadem aperuit per edictum, vnde legitur, *¶* vnde proximi. *l. 1. §. quibus ex edicto. de success. edict.* quæ emendatio imperfecta a Iustiniano dicitur. *§. placebat autem. de leg. agn. succ.* Cum aliis etiam legibus quæ deferabant hereditates, siue cum Senatusconsultis, & beneficium prætor bonorum possessionis, in l. vni. tit. vt ex legib. Senatuscon. bono. poss. detur in P. adiecit & bonorum possessionem, per quam decem personas præferbat in successione emancipati manumissori extraneo, qui filium liberum alterius emerat, iuxta l. 2. de patri. qui fil. dista. C. nempe patrem, matrem, auum, auiam ex parte patris & matris, filiam, filiam, fratrem, sororemve consanguineos vel vterinos, *§. quæ autem. & §. sunt autem. de bon. poss. vbi & enumerantur omnes bon. possess. ad ea testamentis. vbi ab intestato.*

4. *¶* Ceterum *¶* iure nouissimo, tanta ylu remediorum, & varietatis Labyrinthi, omnesque differentie istæ cognationis & agnationis in successione intestati defuncti antiquantur, nec considerantur in iure nunc ciuili Romanorum scripto. Sed cognati cum agnatis defuncti, si in æquali gradu sunt, æqualiter succedunt: si soli, in priori gradu posteriores gradus excludunt. Sublata etiam sexus differentia. Et si plures sunt, in capita succedunt non stirpes. *auth. in successione. de suis & legit. lib. 4. tit. 1. 1. 8. C. de legit. hered. §. his autem. §. illud. §. si vero neg. de here. ab int. ven. in auth. Idipsum sancitum. in C. le. v. sigoth. lib. 4. tit. 2. l. 8.* Et ita omnes tam agnati quam cognati suo ordine vsq; ad decimum gradum vocabuntur. *Ang. & alii in §. fin. de succ. cogn. ¶* Singulare *¶* autem prohibet in feudorum successione, in ducatu, marchionatu, comitatu, & in regno, vt cognati & agnati succedant etiam vsque ad centesimum & ultra gradum, secundum Baldum *in tit. de feud. Marchie. num. 6. Notat Guil. Bened. ad c. Raynatus. ad ver. & uxorem nomine. num. 91. & 92. de testa.* Is tamen in §. hoc quoq; de successio. feud. explicare videtur cum distinctione: ne succedat in feudo inter collaterales, nisi vsq; ad septimum gradum, inter ascendentes vero masculos, vsq; ad infinitum. Quod & firmat in §. hac quoq; de iis qui feud. dare poss. in consuetud. feudo.

6. *¶* Ceterum *¶* obseruandi sunt casus, in quibus nec ad decimum vsq; cognati aut agnati succedunt. Primus, si agatur de successione liberti: nam agnati & cognati patroni, non succedunt nisi vsq; ad quintum gradum, *§. sed nostra constitutio. ver. multis. de suc. libe. apud Iustinian.* 2. In eo qui deceffit post incestas contractas nuptias, vt ei non succedant proximi vltra tertium gradum, siue ascendentes sint, siue descendentes, siue collaterales. *l. si quis in. est. C. de incest. nupt.* Idipsum verum 3. dicunt in damnato de aliquo crimine publico, in quo confiscatio locum habere posset. *auth. bona damnatorum. de bon. profori. C.* nisi damnatus fuisse ex forma statuti, quo casu succederetur ei vsque ad decimum gradum iure communi. *Bal. in l. 2. qui test. fac. poss. C.* In Gallia tamen confiscato corpore, confiscantur & bona, & excluduntur a fisco agnati, & alii: nisi quid nominatim a iudice referretur illis dum dicitur sententia. Quarto, agnati & cognati militum, iure ciuili non succedebant, nisi ad quintum vsq; gradum, quo deficiente bona fisco & principi quærebantur, *l. 2. de vetera. milit. succes. v. pote ex præsumptione certissima. quod ex militari præda; quæ populi seu principis est, quæ sita essent: & facile eo redirent, vnde separata essent. ¶* De *¶* bonis autem militum cælestis militiae, sacerdotum & aliorum ex clero, quid sentiendum sit, respondet Pontificia iura: bona intuitu ecclesiæ, vel ex ecclesiis quas regunt, vel quæ illis commissa sunt, acquisita relinqui ecclesiis debere, aliis vero aliunde quæ sitis succedere proximiores ex genere. *c. 1. de success. test. c. 2. & c. cum.*

in officio, de test. c. 1. & si de pec. cleric. pen. & si. 12. q. fi. h. si quis presbyter. & auth. licentiam. C. de epis. & cler. In Gallia tamen, necio quogenio receptum video, clericos de fructibus beneficiorum possessorum, libere posse disponere. Et proinde in illis etiam, tanquam in bonis propriis intestati, posse proximis succedere. *gl. in c. present. de offic. ord. in 6. gl. in §. item quod si in ecclesiæ. de ann. in pragm. sancti. in vers. acquisitos. Masuer. in praxi. tit. de successio. §. si de consuetudine regni. Guil. Bened. in c. Rayn. ad ver. & uxorem nomine Adelasiam, v. deci. n. 264. Exstat const. iur. Caroli V. l. lata an. Dom. 1385. mens. Octob. nisi intestati fuissent monachi, qui nihil habere censentur, quod monasterii non sit. *auth. ingressi. de sacro. eccl. Notat tamen Hostien. in c. si de pecu. cler. quod constitutio, quæ permittit disporre clericis de fructibus, non excusaret eos a peccato, qui tempore mortis diuitibus existentibus proximis, prætermisissis pauperibus, bona relinquunt. Quod & scribunt Hugo Cardinalis, & Archidiaconus. in sum. 12. q. 3.**

De legibus successiois collateralium alterius iuris quam Romani.

CAP. 13.

1. Collateralium successiois intestati mortui leges nationum. & num. seq.
2. Vidua defuncti a proximo, ad quem deferebatur intestati hereditas, ducenda erat.
3. Orba mulier quæ. & lex orba.
4. Familiarum splendorem conseruari, ad Reipublica pertinet utilitatem.
5. Ad alienigenas bona ne transferantur regni, Reipublice interest.
6. Femina a successione intestati exclusa, quomodo filius ex ea excludatur.
7. Femina quæ excluduntur ab intestati successione, lege Salica, Ripuariorum, Constantini Porphyrogenita. & num. 8. 10. 11. & 12.
9. Imaginaria venditio in quibusdam iuribus ab alienandis.

Quæ diximus proxime, *¶* iuris ciuili Romanorum sunt, partim a iure diuino Græcorum quæ legibus delibata, partim proprio more & consuetudine constituta. Et proinde non arbitror alienum ab eorum explicatione, fontes indicare, & de aliari nationum seu gentium moribus successiois obiter quædam referre. In lege Moysis, Deo iubente & auctore promulgata, sic scriptum est, ad consultationem de hereditate patris mortui sine liberis petita per filias Salphaad. *Name. c. 27. Iustam rem postulant, filie Salphaad. da eis inter cognatos possessionem patris sui. Et in hereditatem succedant. Ad filios autem Israel loquitur hæc. Homo cum mortuus fuerit absq; filiis, ad filiam eius transibit hereditas: si filiam non habuerit, habeat fratres sui cesores suos. Quod si & fratres non fuerint, dabit hereditatem fratribus patris eius: si autem nec patres habuerit, hereditas dabitur iis qui & proximi sunt. Erug. hoc filius Israel sanctum lego perpetua. Hanc legem explicans Origenes, in d. c. 27. Hæc, inquit, quid vigoris habuit secundum historiam: palam est omnibus, qui sciunt, leges istas non solum apud filios Israel custodiri, sed apud omnes homines, qui tamen legibus viuunt. Et rursum in eundem locum, supponitur lex de successione, vt primo filius, secundo filia succedat: tertio frater: quarto, patris frater. Quintus vero gradus certum aliquem non designat, sed qui unq; ex omni familia fuerit succedat. Prorogauit & legem illam successiois agnatorum intestati Deus ad filios patris, *Num. 36.* non tamen voluit vt absolute succederent exclusis omnino filiabus vel proximis mulieribus, sed ea lege, vt filie ducerent filios patris, & remaneret in familia Ioseph hereditas Salphaad: sicq; filia Salphaad nupserunt filiis patris sui, de familia Manasse, qui fuit filius Iosephi. Ita & lex successiois videbatur proximorum constituta, vt qui volebat succedere iure proximitatis, cogere vna vxore defuncti sine subole in vxore ducere, vt suscitaret ex nomine defuncti semen. Et si proximior respuisset viduam, ius ad sequentem gradum deferretur & vxoret & hereditatis, solueretq; vidua reiecta relicti calcei, & spueret coram relicte in terra in contemptum eius, vnde in ppetuū op. pbrū dicere tur apud posteros eius domus, domus dilcalceati. *Deu. 25. & Ruth. 3. & 4. cc. Sic. v. sic. d. c. 25. Deu. בנות חלאלות יורשתו בן חלאלות יורשתו ven. kra scemo b'israel. b'ib. ch. al. 2. banabhad. id est, Et vocabitur nomen eius in Israel. domus accinctos & costictos liberos habebit. & calcei. Hinc arbitror Græcos leges successiois mutasse, quæ proximiores agnati vel masculi cognati sceminas orbas, filias & proximas defuncti, vel ducere in vxores, vel matrimonio. coll. cas.**

Legem

sed de genere patris. *l. pronuntiatio*, & *l. seq. de verb. sign.* ratione cuius defertur successio intestati. Et quamuis mutetur sexus in nepote, & si ratione sexus idoneus videatur successioni: tamen remanet substantia aliena radicis exclusa, & fructus non censetur genuinus eius arboris vnde mater excidit, vt potius de substantia mariti matris sit, veluti ex alterius arboris infusione editus. *Auth. cessante, de leg. her. l. Gallus, §. nunc videndum, de lib. & pos. & §. cum finis, de hered. que ab int. deser.* cuius substantiam & genus refert, §. hoc autem notandum, de iis qui seu. da. poss. in v. s. b. seu. c. vulnerato, l. q. l. si. C. de nar. lib. l. fin. §. fin. C. de nupt. tot. tit. de fil. presbyt. Ita origo eius huic masculo ex filia & extraneo edito officit, & origo hic nõ conuenit, quæ debet concurrere cum sexu masculino: vnde effectus non potest sequi successioni. *ex origine formatur euentus, l. nam origo, quod vi aut clam, P. l. si filius familiaris, in fin. ad Macedo. C. Quem admodum, si filia ex filio agnato nascatur, illa excluditur hoc iure statutorum, l. voluntas, & ibi interpr. C. de fideicom. l. lege duodecim tabularum, C. de leg. her. quod cum origine proba non concurrat: sexus. Duo enim hæc sunt necessaria ad conseruatione agnationis, sexus masculinus, & quod ex masculinis agnatis quis genitus sit, §. 1. de leg. agn. suc. quorum altero deficiente, quia substantialis causa ex his componitur iunctis, deficit succedendi potestas. *arg. l. fin. de affesso, C. auth. at si contractus, de fid. instrum. C. l. si qui discenta, §. vtrum, de reb. dub. P. §. si plures, de hered. instit. apud Iustinia. l. si heredi plures, de cond. inst. leg. s. p. de verb. sig. ¶ Referã**

7 ¶ quasdam leges gentium variarum, quæ id ipsum ex contextu confirmant. In legibus Salicis, *lib. leg. Sal. tit. 6. 1.* fortes quidem defunctorum, aut illis non existentibus soror matris & patris, vocantur ad successionem vt propinquiores. Sed postillas generationes, quicumque proximiores fuerint præferuntur, qui ex patruo genere veniunt. Additurque postea hæc lex. *De terra vero Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit, sed hic virilis sexus acquirit: hoc est, si in ipsa hereditate succedant. Sed ubi inter nepotes aut pronepotes post longum tempus de allode terre contentio suscitatur, non per stirpes sed per capita diuidatur.* Obseruabant tamen Salicæ rei successores, propinquitatis gradum: vt potior esset qui propinquior: nisi si propinquior cessisset iuri proximitatis: & vt lex loquitur, nisi se exemisset de parentilla publice & forma præscripta, quia tunc nec proximis succedebat, nec proximis illi. *eo. lib. tit. 6.*

8 ¶ In legibus Ripuarie, *tit. 8. de allode eadem proprie disposita. Leg. 2. Si pater materq, non fuerint, frater & soror succedant. l. 3. Sin autem nec hos habuerint, tunc soror matris patrisq, succedant, & deinceps vsq, ad quantum geniculum, qui proximus fuerit, in hereditate succedat. l. 4. Sed dum virilis sexus exstiterit, femina in hereditatem auitiacam non succedat.*

9 ¶ Ceterum ¶ in lege Ripuarie, si quis libertum suum ingenuitati restituerit, & effectisset, quem vocant Denariatum, succedendi aliam constituebant regulam. Et legem ita habebant, in legib. Ripuar. *tit. 59. §. 4. Si autem, homo denariatus, abque liberis accesserit, non alium nisi siscum nostrum heredem relinquat.* Vocat Pipinus, in legibus additis legibus Longobardinis & Francicis, *tit. 1. o. hominem denarialem, quem æqualem facit in iure succedendi, homini chartulario. Denariatum autem hominem quomodo facerent, pater ex alia lege Ripuariorum, cuius verba. vbi supr. §. 1. Si quis libertum suum per manum propriam seu per alienam in presentia regis, secundum legem Ripuariam ingenuum dimiserit per denarium, & eiusdem chartam acceperit, nullatenus permittimus eum in seruitium inclinare sed sicut reliqui Ripuarii liber permaneat.* Erat, vt opinor imaginaria venditio iuris patronatus, qua consentiebat patronus ingenuitati liberti. Sicuti mos erat olim in emancipationibus liberorum seu filiorum patrem obseruare vanas venditiones & figuratas vna, vt ait Accursius, nummo interueniente, quibus, si contracta non esset fiducia, successionem filia se ablegabat ante Iustiniani constitutionem, *l. fin. & ibi glo. in verb. figuratus, de emancip. libero, §. fin. de leg. agn. success.* Hoc ius autem ingenuitatis libertus tantum a principe consequebatur consentiente patrono, quia ex ea restitutione ius successionis patronus amittebat. *l. penult. & fin. de natal. rest. lib. 40. P. tit. 11.* Atque per emancipationem familia: adhibito libripende & testib. fiebat translatio hereditatis per emtionem imaginariam, §. *sed ut nihil antiquitatis, de test. Vp. in tit. tit. 2. o. es seu numus vnus, dicitur causa tantum adhibitus, l. cum in 36. & l. si quis, 38. de contrah. emt. l. sicut, 20. loca. P. non veri pretii causa. Imaginaria etenim venditio non est, quæ fit pretio accedente. l. imaginaria, 16. de reg. iur. P.*

10 ¶ Lex ¶ Langobardorum, prohibet ne vlla mulier ab intesta-

to succedat, præter filiam, sororem, & amitam, non alia vltioris gradus, estque sanctio eius rei Astulphi regis, in *l. re colimus, de successio. lib. 2. leg. Langobar. Meminit eius glo. in §. hoc ante, in ver. legibus, qui feuda dar. poss. in v. s. b. seu. do. Alberic. de Rosat. in dictiona, in ver. femina, in vltim. §.*

¶ Existat ¶ etiam Constantini Porphyrogenetæ Imperatoris Orientalis constitutio. *lib. 1. iur. Orienta. 2. consuet. Porphy. Constantini. περὶ τῶν ἀδελφῶν τελευτῶντων χωρὶς πατρῶν, de laicis decedentibus ab intestato sine liberis. In qua statutum, μη κληρονομήσῃ τῶν ἐν πλειονῶν ἀντῶν: ἀλλὰ τὸ τέτον τῆς εἰσας τῶν ἐν τελευτῶντων ἀεχῶν ἐν εὐχῆς διαδοῖς, συνέσπορέτω τὸ τε καὶ τὸν πμμάτων τῶν οὐκ ἐστὶν τελευτῶντων ὡς ἀπεντέον ἐλδοστέμινον, id est, non succedere, huiusmodi decedentibus sine liberis ab intestato, ex linea transversali cognatos, sed tertiam partem bonorum eorum quæ sic morituris, ad pias causas saluare, & anime largitionis procedere: cum eo etiã collectis pretis seruorū qui mortuus est, vtpote is in eo ipso liberatis. Alia Athanasii Cæsaris est constitutio, in lib. 2. iuris Orientalis circa finē, quæ bona in tres trientes intestati filii partitur: vnumque defert pauperibus: alium patri vel matri: alium, sponse vel coniugi.*

Quando succedant sibi ab intestato vir & vxor.

CAP. 14.

- 1 Vxor marito ex lege Romuli quomodo cum liberis & sine illis marito succedebat. Quomodo iure Pontificio vxori viri, & iure ciuili, & ex moribus locorum. 2. 4. §.
- 3 Vxor num excludatur a successione mariti intestati a socio liberalitatis, vel collegio.
- 6 Dotis lucranda consuetudo an inspicienda secundum domicilium mariti, an secundum locum, vbi contrahitur matrimonium.
- 7 Dotis & incrementi eius lucrandi consuetudo in vxore vel viro pramortiente, an locum habeat in sponsa de presenti, an si seorsim non sit. & nu. 9. & 10.
- 8 Vxor an censetur ante annos nubile ducta. 1. Dos quomodo restituenda, & qua dilatione.
- 12 Dotis & augmenti lucrum quomodo censendum, morientibus simul vxore & marito.
- 13 Vxor & maritus quomodo sibi succedant Parisiis in conquestibus.
- 14 Vxoribus Galli antiqui in quantum succedebant. & contra. Lex de eo Francorū, Parisiorum, Saxonum, & aliorum Gallorum, & num. 15. 16. & 17.
- 18 Affrayamenta vxoris & mariti.
- 19 Vxor marito cum filiis, & sine iis cum propinquis quemadmodum succedit marito lege Boioariorum, Westgothorum, Caroli Magni, Parisiis ciuili Orientalis & Occidentalis imperii. & num. 20. 21. & 22.
- 22 Sponsa de presenti an succedat marito, & contra maritum ei.

DE vxorum ¶ successione & maritorum, mores diuersi & leges varie. Iure prisco Romuli, vxor per facta farris ducta, coniugio nulla re dissolubili iungebatur. Eratque mulier viro obsequens & pudica, & domus domina æque, ac maritus, & in eius defuncti bona succedebat heres sicut parentis filia. Ex alio quidem, si is liberis carens ac intestatus decederet: quod si prolem haberet, ex æquo cum liberis, Dionys. Halicarnass. *lib. 2. antiqu. Romæ. Vpian. tit. 2. 1. & 29.*

¶ Successu ¶ temporis lex illa antiquata Romæ, atque vt maritus a successione vxoris intestatæ, sic vxor a mariti successione repulsa est. Sed prætoris remedio postea, deficientibus descendentibus, ascendentibus & collateralibus vsq; ad gradum decimum, & vltra in feudis, & post patronos patronasq; septima species bonorum possessionis intestati delata fuit viro & vxori superstitibus, sicut autem bonorum possessiones, de bon. poss. ap. Iust. *Modest. in l. 1. quis ordo in bon. poss. §. 1. P. Quando videlicet iustum fuisset & legitimum matrimonium, quod vsq; ad mortem durauerat. Idq; & ius ciuile probauit Imperatorum. l. 1. C. vn. vir. & vxor. l. 1. eo. tit. P. Quod & puto considerandum, si matrimonium hodie non fuerit thori causa separatum ex causa fornicationis seu adulterii, & ex lteris, ca. significasti, de diuort. l. consensu, de repud. C. qua causa cum coniux seu etiam dote vel donatione propter nuptias priuatur in pœnam adulterii, in commodum innocentis coniugis, cap. plerumque, de donationib. inter virum & vxorem, l. viro, atque vxore, solut. matrim. P. & multo magis priuabitur hereditate*

mortui coniugis, a cuius thoro ex suo delicto separatur, arg. l. si de iur. deli. C. Si tamen thorus esset separatus ex consensu, ut propter ingressum religionis, ut ex. ex publico. Et cum sit de conuer. coniug. non officere puro: dummodo etiam infra annum lucus maritus ad secundas coniux superstes qui hereditatem petit, non conuolauerit, iuxta l. 1. §. omnium, de secun. nupt. C. cuius pœnas ciuiles non putant esse correctas in c. fi. de secun. nupt. nisi in quantum infamis vxor fiebat ex repetitis nuptiis. ¶ Excluduntur t̄ poro vxorem proximi, l. 3. q. no. bono. ipsa f̄scum, dict. l. 1. C. vn. vir & vxor. Et putant aliqui excludi & f̄scum & vxorem a locio liberalitatis, in liberalitate seu donatione facta a principe mortuo & alteri, non in alius tamen, sed in his tantum, in quibus ut iure quodam accrescendi potior vxore videtur, l. vn. si liber. imper. soc. lib. 10. C. De collegio poro vberat maritus, dubitat num praferatur vxori Azo, & iustius illi videtur, nō praferri, nisi in bonis, quæ occasione collegii defunctus quaesierat. Azō in tit. de hered. de curio. Bal. in l. 1. vn. vir & vxor sic intelligi gl. in d. l. 1. At nos in omnibus praferri & collegiis docemus & locio liberalitatis in perialis ca. leg. ¶ Iure t̄ nouissimo introducta alia causa successione, ut si cū liberis decesserit maritus locuples, relicta cōiuge superstitē, quæ non habuerit dotem, illa accipiat ex fidei bonis quartam partem, si sint tres vel pauciores filii: si plures, succedat cum eis pro virili in usufructu, relicta liberis proprietate, imputatoq; in talem portionem quod habuit a marito, Anib. praeterea, C. vnde vir & vxor. §. quoniam vero, de exhi. rei. in auct. §. quia vero, in 2. v. lic. matr. Et auia, in Anib. de successione vxoris late disputat. Bened. ad c. Raynatus, ad ver. & vxorem nomine Adelajam, in success. ab intestat. a num. 224. v. §. ad num. 253. Notabile quod tradunt interpretes, in auct. praeterea, vnde vir & vxor, cum glo. vt & in praedicta parte succedat coniux deficiente liberis cum proximis praedefuncti. Extinguitur poro in ipsa persona vxoris ius successione intestati. Nam si deficiente omnibus praedictis ascendentibus, descendentibus, & collateralibus, vxor non sit heres, vel nō sit superstes, ad f̄scum bona hæc, quæ deferebantur vxori perueniunt, vt vacantia, l. 1. iuncta gl. de donat. inter vir. & vxor. Itaque affines & coniuncti seu proximi vxoris, marito eius, ea deficiente nō succedant, l. 3. §. l. affinis, com. de succo. C. Vxor enim affinis non est, l. non ideo, C. de testam. quamuis ex nuptiis eius legitimis affinitas initium capiat, l. 4. §. affines, Et sciendum, de gradib. affinis. Vnde re- & improbat sententia eorum, qui dicebant & locero dari vtillem bonorum possessionem, vnde vir & vxor, hoc reprobat. Guil. Ben. ad ver. & vxorem nomine in success. ab intestat. nu. 219. ¶ Fuentur, t̄ suntq; locorum etiam in hac re propria & variæ consuetudines, in quibus si contingat agi de vxorum vel coniugum successione, mores iusq; proprium sequemur. Vt Tholosa, mortua vxore maritus ei succedit in vniuersa dote, nisi quid aliud cautum sit pacto, & contra, præmorte marito in tantumdem succedit ei vxor in quantum media pars dotis est, videlicet in incrementum seu augmentum dotis, quod tantum ad mediam datæ dotis partem ascendit. Et similibus aliis in locis consuetudo, vel statutum lucrandæ dotis, vel donationis propter nuptias: in quorum lucro alter alteri præmortuo coniugi succedit, siue is restatus siue intestatus decesserit. Nec hoc dubium est. ¶ Sed t̄ illud nihilominus discutiendum non perperam erit: si consuetudo sit loci domicilii mariti, vt maritus lucratur dotem præmortua vxore: alia vero vel contraria loci vbi nuptiæ fiunt, vel vbi contrahitur matrimonium, quomodo regulanda erit hæc successio. Quare illud prius annotandum erit, lucra hæc maxime in fauorem personarum contrahentium per consuetudines & leges delata. Et proinde primo loco inspicere oportet, quid placuerit de illis inter contrahentes, l. legem quam dixisti, C. de pact. l. 1. de pacti con. C. Fel. ad c. 1. num. 30. de sponsalib. qui possunt remittere ius in sui fauorem introductum, l. penult. C. de pact. l. si iudex, de minor. 2. §. an. l. 1. de remiss. Quamuis enim contra leges generales pacta iniura reiciantur, l. non dubium, C. de legi. l. pacta que contra, C. de pact. l. iuri genium, §. prator ait. eo. ¶ Patamen si illa sint aliorum gratia, & in commodum illorum lata, pacta admittentur, rataque erunt, l. pacisci, de pactis, P. l. quaedam, §. si venditor, de ad. ed. P. Neq; dotis causa substantiam constituit matrimonii, cum sine dote matrimonium esse possit: etsi sine matrimonio non dicatur esse dos, l. cum multa, de donat. ante nup. l. dotis appellatio, l. 3. de iure dotium, P. l. incesta, de rit. nupt. P. Quod si nihil dictum sit inter contrahendam de dote lucrandæ, sequitur consuetudinem loci domicilii mariti, vt secundum eam lucro cedat, Panor. in c. 1. nu. 11. de sponsal. Et ibi Fel. in num. 24. ex Bar. in l. exigere, de iud. Cla. §. ad 2. ad ver. an. Ducho de Bour-

goine, num. 1. 2. 3. 4. Et seq. tit. des droi. appartenans a gens mariez, §. 1. consuet. Burg. non habita ratione loci, vbi instrumentum factum est, vel vbi contractum est. Quod est singulari iure in hac questione receptum, l. exigere, de iudic. P. vel quia censetur contractum in loco vbi destinatur solutio faciendæ, & repetitio quoque, quæ fit in loco domicilii mariti. Atque destinatione solutionis faciendæ, eo loco censetur contractus factus, & secundum mores eius loci, l. contraxisse, 20. de actio. P. l. 1. 2. 3. de bon. auct. iud. possid. l. heres absens, §. fin. de iudic. l. quero, de solut. P. Boer. in cons. 50. num. 22. in specie dotis, Et Bal. cons. 229. vol. 1. in eo casu quo dos reddenda vel lucranda est a marito: nam si dos alii quam marito restituenda sit, post mortem vxoris vel mariti, inspicimus loci consuetudinem vbi contractum est, Fel. in c. 1. nu. 27. de sponsal. per Bal. in rub. de prim. d. c. 2. ver. sed statim quæro. Sicq; hic tantum consideratur mariti domicilium, vt commune sit vxoris, & ibi vbi mariti est, sit & vxoris in quo & iurura & actiones suscipit & exercet, l. si. §. item referri perunt, 2. ad munic. P. l. final. de inco. lib. 10. C. & l. mulieres, de digni. lib. 11. C. l. pen. de iurisd. dom. iud. P. l. vn. de mulier. Et in quo lo. C. lib. 10. C. Alioquin si maritus tempore inii matrimonii, domicilium non habeat: vel si habeat, in loco vbi fit instrumentum dotale, vel vbi nuptiæ celebrantur, contractum esse dicendum secundum mores illius loci vbi negotium geritur, nisi aliter præscriptum placuerit, l. si fundus, de emet. P. l. 2. C. quem ad test. ap. l. obligationum, de act. P. l. heres absens, §. 1. Et l. nonnem, de iud. P. c. Romana, §. contrahentes, de for. compet. in 6. Iudicandum itaque de lucro & in aliis secundum loci, vbi tractatur negotium, laudabilem consuetudinem, cum vnissent, de eo qui mitti in poss. cau. rei seru. l. si prius, §. placuit, de aqua plu. arc. P. Et Maruerius certe air seruari, vt si vterque contrahentium in loco resideat vbi contrahitur nihilque dictum sit de consuetudine, censetur contractum matrimonium secundum loci consuetudinem, & Masuer. in §. 6. incip. item de consuet. Aluerna, tit. de do. & matrim. post Bar. in d. l. si prius, §. placuit. Is tamen alibi distinguit, idem in §. 23. incip. item cum agitur, de dot. in praxi, quod si agatur de dote mulieris præmortuæ in totum vel pro parte lucranda, attendatur consuetudo loci, quo maritus fouet aut fouebat domicilium tempore cōtracti matrimonii, & tempore mortis vxoris suæ, & non loci contractus vel originis respectu bonorum mobilium: in bonis vero inamobilibus, seruatur consuetudo loci vbi sita sunt, secundum Bart. in l. exigere, de iudic. P. & in l. cunctos populos, de sum. trin. C. & in l. i. quæ sit longa consuet. Quod ego intelligere verum, vt locus rerum immobilium intelligatur dare legem huic contractui, si nominatim de dotis in dote in eo loco sit statutum, vel consuetudo de illis sit seruata: alioquin æquale ius mobilium & immobilium arbitror. Sic igitur sibi succedent in dote & incrementis superstitēs coniuges defunctis, ex pacto vel consuetudine.

¶ Remanet t̄ autem scriptulus, an consuetudo, quæ loquitur de lucranda dote vel incremento, habeat locum in sponsis de præsentem morientibus ante nuptias contractas publice. Et placet equidem cunctis, lucrum locum nō habere in sponsis de futuro, quia non censetur esse sponsa domicilii mariti ante nuptias vel matrimonium, l. ea que, in 2. ad munic. P. Et ita Fel. vult in c. 1. limit. de sponsal. Sed in sponsis de præsentem dubium facit, quod sponsa de præsentem vere vxor dicatur, c. pen. Et fin. eo. c. 3. de sponsal. duo. cum simili. At aliunde concurrit, quod traductio facta non est in domum mariti, & vere non videatur vxor, nec consummatum matrimonium, l. mulierem absenti, §. de ritu nupt. P. l. qualis, §. 9. de spons. P. l. quod seruus, de cond. cau. ds. cau. non seq. P. Et Boerius notat decis. 22. nu. 53. in dote quam vocant doterium, spe ceteri magis verba de præsentem, quam carnalis copulæ consummationem, per l. cum fuerit, de cond. Et demon. l. nuptias, de reg. iur. P. cum simili. Tamen per consuetudinem approbatam ab interpretibus, exigunt ea sponsa vel vxor traducta sit in domum viri, & vt vir ibi vel alibi eam cognouerit, vel saltem cum ea concubuerit, licet non cognouerit, seu non fuerit copula secuta, Boer. vbi sup. Decius cons. 160. Guil. Bened. ad c. Raynatus, ad ver. & vxorem nomine, nu. 232. Quia tunc matrimonium censetur suis numeris absolutum & consummatum, & recte tunc coniugium vocatur, cum sibi desponsata & traditur & vitur, c. si quis desponsata sibi & tradita, §. constitutum est, 27. q. 2. Et secundum hanc resolutionem iudicatum in curiis supremis istius regni Galliarum refert Boerius, decis. 22. num. 33. non lucrari dote in maritum, nisi cum vxore cōcubuerit: eademque tradit in comen. ad §. 1. de consuet. matrim. & Boer. in consuet. Biturig. Non valde tamen laborandum est de traditione in domum mariti. Nam si sine ea & ante fuerit concubitus secutus,

Idipsum respondendum est. Et sepe viri sunt pauperes, alioquin boni & optimi, petiti, & negotiis gerendis idonei, qui iunguntur matrimonio diuitibus mulieribus, quæ egent viro non diuitiis. Et ita vir ingreditur potius domicilium vxoris, quam ea transferatur in domicilium viri, idque licite, l. ceterum, §. mulieri, de vsu & hab. P. quæuis hoc factis sit iugubre. Ideo, inquit Bal. quanquam domicilium habeat alibi maritus, si tamen in domo vxoris perpetuum sibi deligat domicilium, metienda erit dos ex consuetudine domicilii illius vxoris, Bald. in l. 2. §. modo quero, si a non comp. indic. Cod. facit l. lex Cornelia, §. 1. de iur. P. Felin. in ca. 1. num. 26. de sponsal.

9 Consideramus itaq; concubitus magis, quam traductionem & copulam. Et proinde non est sequenda iuris ciuillis subtilis illa distinctio, quæ existimat etiam traductam ante annos nobiles, & decedentem intra eosdem, non vere dici vxorem, neque dotem vel fructus a marito retineri sed restitui, ac si per sponsum fuisset percepti, l. quod seruis, §. 8. l. si donaturus, in fi. de cond. cau. dar. cau. non sec. P. l. quæsum, de sponsal. P. Sed post nuptias initas, siue minor siue maior ea sit, exultimo censuram vxoriam esse ferendam, postquam vna concubuerunt: propter dubium num cognita fuerit, quemadmodum dicitur in ci. iuuenis, de sponsal. Et sepe malitia in matrimoniis supplet ætatem, c. de illis, de desp. imp. Nisi forsitan præmaturas nuptias quispiam dolose aucupatus sit lucræ causa. Et ita cum nostra sententia distinguit iurisconsultus in l. penult. §. fin. quod cum sal. tuto, gest. esse dica. in P. Scio nihilominus quid sentiat aduersarium huic nostræ opinioni Boer. decis. 23. num. 37. per illum textum: sed ipse satis rextus illi aduersatur ob doli distinctionem, vt nolim longius trahere questionem. Et mihi id iustus tutusque quod sentio videtur, aliorum iudicia nihil moror.

9 Ad do ita insuper, sponsum de præsentis succedere in lucro dotis, vxori etiam non cogitare nec traductæ, si per eam iterit, quo minus cognosceretur vel transferretur, siue culpa tamen viri, argum. l. quero, §. inter locatorem, loca. P. Exemplum & probatio, in l. Deo nobis, de episc. & cler. C. quando post sponsalia de præsentis ante copulam vxor vult ingredi religionem, quod licet, c. commissum, de sponsal. cum siml.

10 In lucranda tamen dote ex consuetudine vel statuto municipalis, obseruatione dignum summopere iudico: vt si vxor vel eius parentes, in dotis constitutione solutioni faciendæ diem adiecerint, puta, vt singulis annis ex mille libris Turonensibus in dotem coactitatis, centum soluerentur: & mulier post quatuor annos præmoriatur marito, maritus non lacrat ex vi statuti totas mille libras seu integram dotem, sed quadringentas, quorum dies solutionis venit & cessit, pro sexcentis actione denegata, Ang. conf. 25 §. incip. quod si aliquod matrimonium, l. si in d. l. si donaturus, §. si col. fin. vers. item adde quod consilium Ang. de cond. cau. da. P. Boer. decis. 22. num. 40. Quamuis quod mirum est, si in prædicto casu, quo datur dilatio ad soluendam dotem per partes, vxori præmoriatur maritus ante dilaciones solutionis, & intra decem annos: puta, vt proximo exemplo, intra quatuor annos, illa non pro rata soluta vel soluendæ dotis incrementum habebit, sed totius dotis, proinde ac si soluta fuisset, Boer. decis. 22. num. 30. & 41. qui id confirmat in refert Bur. Senausi. Guido. Pap. decis. 430. & decis. 565. Masuer. in praxi tit. de dote, §. 29. incip. item si fuerit contractum, Decius conf. 530. nu. 8. Et ita antiquata & abrogata dicunt iura per consuetudinem, Auth. sed quæ nihil, & l. æqualitas, de pact. conuen. C. vt notant inibi gloss. Bald. & Salyce. & illud, de non elig. sec. nup. in Auth. Ratio porro huius articuli est, quia maritus dilacionem solutionis dotis indulgendo, videtur fidem habuisse de dote, vt perinde habeatur, ac si ei soluta fuisset, §. vendita, de rer. diuis. l. quod venditis, de contr. ab. em. P. Et potuit quidem sibi præiudicare maritus, ac vxori non potuit, in cuius fauorem dilatio appositæ, l. cum qui Calendis, §. fin. de verb. obl. non debet in odium retorqueri, l. quod fauore, de legi. C.

11 Proderunt ita & dilaciones, inquit, soluendæ dote appositæ in conductione dotis, ipsi heredi, vt pro restituendæ dote recepta tot dilaciones ei datur, quot datæ sunt pro soluendo eo, quod datum est ex dote: alioquin enim statim dos reddenda esset, non habita ratione dilacionis datæ, in l. vn. §. exactio, de rel. vx. act. C. At tamen semper iotegrum augmentum, a morte mariti debetur. Et ita tractat Masuerius in §. item si fuerit conuentum, §. 29. de dote & matr. in praxi, Guil. tamen Bened. in verb. & vxorem nomine, in successione intestati, nu. 221. c. Rayl. utius, de testam. dicit contractum fuisse indicatum in senatu Tholosano, menfe April. 505. quo

mariti heres non fuit condemnatus ad augmentum præstadium, nisi quatenus dos erat soluta. Et hæc certe iustior est sententia, iuxtaque æquitatis & rationis modulum, & secundum Auth. sed quæ nihil, & l. æqualitatis, C. de pact. conuen. facit e. si. de don. int. vir. & vxor. §. Ceterum, si contingat vno eodemque periculo, mot. 14 re exiitngui vtrunque, maritum & vxorem, quid in lucro dotis & incrementi dicendum sit, distinguit & docet ad proxima citata verba Guil. Bened. nu. 222. & 223. ¶ In ¶ Franciæ parte, quæ Parisiorum dicitur, & Lutetiæ, alia lex intestati viri & vxoris, vt vxor succedat viro, & contra in dimidia parte bonorum immobilium, quæ sitorum constante matrimonio, etiam existantibus liberis, lo. Fab. in §. 1. de acquir. per arrogationem, apud Iustin. Oldra. conf. 247. incip. præsupposita consuetudine, & restituta dote, iuxta c. 2. de dona. inter virum & vxor. Vocant conquestus seu nequæ, videlicet ea quæ tantum accedunt mariti vel vxoris bonis ex opera, industria, vel solertia eorundem, l. conu. societatem, §. l. quæstus, cum 6. l. seq. pro soc. P. Et proinde conquestus appellatione seu acquisitione, non continentur, quæ alteri ex coniugibus aduenierunt iure hereditatis, donationis, legatue: neque in diuisionem successione venient, neque ea quæ ex venditione horum perueniunt, Ioan. Fab. in proem. iustit. ad ver. Alemanus, in rub. gloss. ad. verbum quæstus, de concub. in prag. sanct. facti lx. de iis qui sibi adseri. C. Quia ea siue pecunia sit, siue res quæ ex pecunia inde proeuenient emte sunt, locum tenent eius rei ex qua conflata pecun. sunt, l. si est, §. qui iniuriarum, si quis cauitio, P. l. si se, §. Tertia, de cond. & dem. P. l. si donata res, §. si sponsum, de don. int. vir. & vxor. Et ita teruat tradit Masuerius in tit. de societate, §. item & dicuntur conquestus, in praxi. Disputat & de hac societate & successione viri & vxoris, Bened. vbi sup. nu. 224. 225. vsque ad 231. Vbi & intelligit consuetudinem locum tantum habere in bonis, in quorum detractione est vir aut mulier habilis, non in aliis: & in bonis post contractum matrimonium acquisitis, nõ ante. Nisi societas omnium bonorum inita sit. Item & ei consuetudini derogari pacto posse, notat. Quæ apud ipsum copiose explicata videro. ¶ Refert ita tamen legem antiquam eandem fuisse Gallorum ex Iul. Cæsar. lib. 6. Comitens de bello Gallico, cuius hæc subitico verba, Viri quantas pecunias ab vxoribus acceperunt, tantas ex suis bonis estimatione facta cum dotibus communi. aut. huius omnis pecunie conuinctum ratio habetur fructusq; seruauerit, vter eorum vita superauerit, ad eum pars conuictæ cum fructibus superiorum temporum peruenit. Quæ tamen verba non indicant quod aditruit Benedictus, vt pro parte dimidia in quæstis succedat superites coniu, quin contra significant, dotis & donationis propter nuptias fructus vtriusque, ad superstitem peruenisse. ¶ Ceterum, ¶ lex erat Francorum antiqua, quæ 15 ad rem melius facit, quam non vldit Benedictus, quæ in hæc verba scripta est, lib. 4. legis Franciæ, 9. tit. de vxoribus defunctorum, & quam partem collaborationis post obitum maritorum accipere debeant, volumus vt vxores defunctorum, post obitum maritorum, tertiam partem collaborationis, quam simul in beneficio collaborauerint, accipiant. Et de his rebus quas is qui illud beneficium habuit aliu de, aduxit vel comparauit, vel ei ab amicis suis collatum est: his volumus tam ad orphanos defunctorum, quam ad vxores eorum peruenire. Est & alia lex illorum, hæc, eod. lib. 4. legis Franciæ, c. 99. eiusdem inscriptio. Quicunq; ex quacunque natione legitimam vxorem acceperit, si eam mori conigerit sine filijs amborum eorum vir vxoris sue succedat, & omnia bona percipiat. ¶ Accedit ita proximus 16 adhuc Parisiorum consuetudini lex Saxonum, cuius hæc verba, in legib. Saxon. tit. 8. de acquisitis §. vni. De eo quod vir & mulier simul conquisierint, mulier mediam portionem accipiat: sed contenta sit dote sua. ¶ Porro, ¶ consuetudines in hac parte per Gallias plures sunt 17 differentes. Nam ex iure Burgundiæ, mulier nupta in ducatu Burgundæ, ex generali eius ducatus consuetudine, succedit in mediam partem acquisitionum a marito pendente matrimonio. Sed num maritus pariter ei succedat in casu, quo ipsa præmoreretur, nihil dicitur, §. 2. des droits appartenans a gens mariez, in conf. Burgun. scilicet inter nobiles: atque inter plebeios, non participat nisi in mobilibus & quæ sitis. Idemq; in comitatu Borbonii receptum est, & Niuernensi. Apud Bituriges vero, vxor & maritus sunt communes in bonis mobilibus & acquisitis constante matrimonio, §. 2. de consuet. matrim. in consuet. Bitur. ad quem, §. plura Boer. cumulat gl. quæ pertinent ad hanc communionem vxoris & mariti. Idipsum Aureliæ, in consuet. Aur. tit. de soc. inter vir. & vx. §. 1. Et a libi obseruatum ex consuetudine. Ex qua & mulieres, sicut viri interdum etiam cautius & subtilius negotiantur, & quia querunt & labo-

& laborant cum maritis, participes quoque esse debere lucri re-
 ctum & æquum putarunt, atque etiam successione causam in his,
 quæ earum ope quaesita sunt. ¶ Maxime quod societas ex ipso
 matrimonio coniuges coiffe videtur, c. 2. de spons. l. aduersum, de
 vi. exp. hered. C. l. 1. de rit. nupr. atq; ex ea, iustum sit vt damnum, ita
 & lucrum communicari, ne sit societas leonina, l. si nō fuerint, 29.
 §. si profoc. P. cum non ad alla quā ad ea quæ cognita sunt ex opere
 non ex datur societas, vt nec alia societas quælibet, l. nec adieci,
 cum trib. seq. eod. Tractant de hoc affrayamento inter coniuges,
 interpretes in l. alimēta, §. si de alim. & cib. leg. Quamuis alioquin
 iure ciuili respōsum sit, mulieres teneri operari in vililitate ma-
 ritorum, l. liberta, C. de oper. libert. Et omnia acquisita per vxorem,
 censentur acquisita vel ex bonis mariti, vel contemplatione eius,
 euita ad suspicionē turpis quæstus causa, l. Quintus Mutius, de
 don. int. vir. §. vx. P. l. etiam, C. eo. si. Et ciuitates etiam & regiones,
 quæ opti. ne consultum voluerunt filiis, nunquam matribus de-
 cedente marito, in bonis mariti quæstis, hoc iure conquæstus ius
 referunt, satis præiudicij inde filiorum pendere inopiam, ma-
 tribus cum bonis patris in alterius mariti ditionem perueatenti-
 bus, fo. Fab. in rub. de nupr. apud Iust. Et proinde temperamētum,
 19 existit ab l. beris, maius addiderunt. ¶ Et in legibus B. Joia-
 riorum de hac successione, vna, lib. leg. Boroar. c. 19. tit. 1. Quæ post
 mortem mariti in voluntate permanet, æqualem inter filios suos, id est,
 qualem vni ex filiis, usufructuario habeat possessionem: vsq; ad tem-
 pus vite sue usufructuario iure possideat. Alia, eo. lib. §. c. 19. tit. 4. De
 eo qui sine filiis & filiabus mortuus est, mulier accipiat portionē suam
 dnm viduitatem custodierit, id est, medietatē pecunie: medietas autē
 tem altera, ad propinquos mariti pertinet. Si autem mulier mortua
 fuerit, aut alium maritum tulit: tunc quod proprium habet & de ma-
 riti rebus, quæ per legem ei debentur secundus accipiat, ceteras vsq; pro-
 pinqui prioris mariti accipiant. Sin autem maritus, qui nec filios nec
 filias, nec nepotes nec pronepos, nec vllum de propinquis habet, in v-
 xorem aut donatione aut testamento, sine partem, sine omnes contula-
 rit facultates, & hac deinceps in viduitate persistit, & memoriam ma-
 riti cum puidicitia castitatis obseruat: omnia quæ a marito ei sunt do-
 nata possideat, & ea in quem voluerit pro suo iure transfundat. ¶ Ita
 20 ¶ legibus Wisigothorum, si maritus decesserit relicti filii, vxor
 cum liberis æqualem capit portionem, fruendam tantum quan-
 diu vixerit, l. 1. tit. de succ. in C. l. Wisigo. lib. 4. tit. 2. Verum ea quæ
 maritus sibi acquisiuit in militia, vel ex operis etiam seruatorum v-
 xoris, remanēt integra sine diminutione penes liberōs, nec vxor
 quæ cum seruis suis est sub potestate mariti, vsum fructum in his
 21 habet alicuius portionis, l. 15. eo. tit. in C. Wisigo. ¶ Exstat ¶ lex Car-
 oli Magi, lib. 2. legum Langobardorum, tit. de success. §. 1. Qui-
 cunque, ex quacunque natione legitimam vxorem accipit, accepit ve,
 sicam mori conigerit sine filiis aduorum, vir vxori succedat, & om-
 22 nia bona percipiat. ¶ Constantinus ¶ Harmenopolus meminit lib.
 5. Prom. iur. tit. 8. de indotata vxore, constitutionis Leonis Cæsaris,
 qua portio quæ iure ciuili vxori, vxori inopi debebatur cum libe-
 ris in usufructu, §. quoniam vero, de exhib. rit. in Auth. §. quia vero
 legem dudum posuimus, vt lic. mat. §. auie, & c. in aut. vnde constata
 aut. prater ea, vnd. vir & vx. datur eidem & in propicietate. Addit
 tamen, non concurrentibus filiis & proximis fratribus. Const. eod.
 lib. 5. tit. 8. c. περὶ κληρονομίας τῶν ἀνδρῶν, ἃν κληρονομήσῃ τῆς γυναῖκος, de hereditate viri &
 mulieris, τῆς μὲν ἀντὶ τῆς γυναῖκος κληρονομίας ἀλλήλους, ὅταν πᾶσι ἢ συν-
 ἵθων ἀπολείπῃ τὸ γένος. Δύο μὲν ἀνομιμαίους τῆς γυναῖκος, κληρονομεῖ αὐτῆς.
 Tam demum sibi vir & vxor mutuo succedunt, cum omnis deficiet
 propinquorum cognatio. Qui per duos menses cum vxore conuersatus
 est, et succedit. Quod postremum etiam Eusthatius annotat, lib-
 ro præscriptio-nis & dilatio-nis temporis, in ca. de præscriptio-
 ne 60. dierum, §. 13. Quamuis in iure nostro ciuili, Romanorum
 que, vxor admittatur in bona defuncti: etiam si tempore mortis
 mariti adhuc in domū eius traducta non fuerit. Et sufficit tantum
 inter eos matrimonium per verba de præsentī fuisse contractum,
 quando agitur de successione hac, proximis non existantibus, de-
 ferenda, per l. nuptias, de reg. iur. l. 2. rer. amot. Et ita resolut Bened. in
 c. Raynurius, ad ver. & vxorem nomine Adelasiam, in succ. ab inte-
 23. m. l. 22. de testa. Quamuis diuersum sit resolutum antea, dum agi-
 tur de lucranda dote vel incremento, ex vi & dispositione statuti.
 Exstat constitutio Athanasij Imp. nouella, l. 2. iur. Orien. in Atha-
 nasis const. l. 1. quæ corrigat legem antiquam, quæ statuebat viro aut
 mulieri, qui quæve relicto filio decesserit defuncto postea filio,
 horum, inquam alterutri, qui superstes fuerit, iure hereditatis ce-
 dere omnia filii bona vel paterna vel materna ex cuiuscumq; ori-
 gine aduenient filio, exclusis omnibus aliis proximis: iussit au-

tem nouella non ita fieri, ἀλλὰ πρὸς τὸ ὀφείλει τὸ ἕκτον αὐτῆς ἡ ἀποδο-
 εῖς μνημόνια ἢ διατηρομένη, τοῖς γονεῖσι τὸ τρίτον, ἢ μνησθεὶς τὸ τρίτον, ἢ
 τῆ μνήσῃ, id est, sed quod seruari debet triens ipsius dotis in defuncti
 memoria, alter parentibus triens: ac demum qui superest triens spon-
 aut sponfa. l. idipsum iussit & constitutione β. Athanas. περὶ κληρονο-
 μίας τῶν ἀπέκτων χοροδοσίαν, de hereditate eorum, qui sine liberis in
 viduitate decesserunt. Variat tamen a priore in cognatis. Sic enim
 scribit, τὸ γ. τῆς γυναικὸς ἐκείνου τὸ δεσπόσειαν ἀπολαμβάνειν, τὸ γ. εἰς μνημό-
 νια ἢ ἀποδοθῆναι ἀνδρὸς ἐκεῖνου τὸ τρίτον μέρος, ἀπολαμβάνειν τὸ τρίτον, ἢ
 καὶ τὸ ὅτι τῆς ἀπέκτου μέρους τῆς τῆς πατρὸς ἐκείνου τῆς ἀποδοθῆναι ἀποδοθῆναι
 ἀντὶ τῆς μνήσῃς οὐδὲν ἄλλο τὸ ἀποδοθῆναι, τὸ δὲ μνησθῆναι τῆς ἡμῶν, τοῖς ἢ
 ἐκείνου μνημοσύνης τὸ ἡμισυ, i. Voluit trientem vnum bonorum horum
 dominationem, seu eos qui in sua parochia habent, accipere: trientem
 in memoriam eorum in sumi: residuum vero trientem, parti superstiti
 in sumi: quæ si etiam decesserit, eius cognates qui ex lege vocantur, et
 succedere. Si vero nullus cognatus defuncto existierit, sicco dimidium
 & dimidium illius memoria tribui.

De aliis successioneibus intestatorum delatis quibus-
 dam aliis personis. Cap. 15.

- 1 Heredes habere defunctorum interest, ideo plures vocati ab inter-
 stato ordine a lege.
- 2 Peregrinantium intestatorum bona quibus dabantur.
- 3 Socius liberalitatis imperialis preferatur sicco in successione inter-
 stati socii.
- 4 Vxor an preferatur marito in successione intestati socio liberali-
 tatis imperialis & collegio.
- 5 Magistratus quando succedit suis officialibus.
- 6 Fiscus an in Gallia preferatur socio imperialis liberalitatis, mo-
 riente ab intestato socio sine proximo.
- 7 Monasterium ecclesiæ, quando succedat defuncto clerico.
- 8 Militum hospitalis S. Iouannis Hierosolymitani successio ad quem
 pertinet.
- 9 Libertis ab intestato quomodo succedebant patroni ab intestato.
- 10 Successio per bonorum venditionem que.

¶ Via ¶ defunctorum interest, ne sine herede moriantur, l. §. 1.
 quia, 6. de inter. actio. ideo lex, quæ fauet defunctis, deficienti-
 bus proximis ad aliorum personas ex certa causa, & quodam-
 modo defuncti presunta voluntate, eorum bona defert, excludit
 etiam aliquas, quæ hoc prætextu possent in bona irrepere. ¶ ¶ Vt
 2 fanciuit, ne nutritio causa esset succedendi, l. nutritioribus, 10. C.
 com. de success. l. si quis cum filium, de verbor. obl. nec hospitii ius, sed
 hospitum decedentium bona vel proximis referuaretur, vel illis
 non comparentibus, piis locis conferrentur, Auth. omnes pere-
 grini, com. de success. C. §. omnes peregrini, de statu & consuet. in aut. lib.
 collat. 10. ¶ Probat ¶ autem successione, deficientibus proximis
 defuncti, eius qui defuncto in liberalitate a principe consequen-
 da, socius fuit, in ea liberalitate & sicco preferatur superstes & co-
 iunctus socius, l. si liberalit. imper. soc. C. lib. 10. C. tit. 14. Succedit
 etiam collegiam, curia, collegiato vel curial mortuo sine proxi-
 mis, rot. tit. de hered. decur. lib. 6. C. tit. 61. ¶ Quæ ¶ tamen vera sunt,
 si vxor nō superstiti mortui, quæ maxime in bonis, quæ nec a prin-
 cipe, nec a collegio vel curia quæ fuit defunctus, succedit, l. 1. eod.
 Sed & ego opinor, vxorem & socio & collegiis præferri in omni-
 bus: quia maior est societas, quæ est inter coniuges, quam fuerit
 cum illis. Sunt enim coniuges, socii diuini & humana domus, l.
 aduersum, de cri. exp. her. C. c. 2. de spons. cū in matrimonio fiat diuini,
 & humani iuris communicatio, l. de rit. nuptia. Fiumque duo
 vnum, & duo in carne vna, Genes. 2. c. lex diuina, 27. q. 2. D. Mat. 19.
 Et proinde cum societas sit species fraternitatis, l. verum, pro
 soc. P. & hæc societas duplici vinculo diuino & humano constringit,
 præferretur socia vxor, vel socius coniunx, etiam imperia-
 lis liberalitatis socio, & curia, omnibusq; collegiis societate tan-
 tum humana iunctis, in quibuscumq; bonis. Sic duo vincula sunt
 vno fortiora, l. re coniuncti, de leg. 3. l. triplici, de verb. sign. cum simili.
 Quinimo, præferat etiam in causa simili, non existentibus proxi-
 mis, es illegiis ecclesiasticis in bonis mariti clerici facti. Vt notat
 Bart. in l. si quis presbyter, de episcop. & cler. per illum textum. Et
 hanc sententiam illustrat probationibus & exemplis Benedictus
 in repet. cap. Raynurius, ad ver. Et vxorem nomine Adelasiam, in
 successione ab intestato, numero ducentesimo o trigessimotertio,
 & ducentesimo trigesimoquarto, de testam. apud Gregor. ¶ Ita-
 que ¶ deficientibus proximis & vxore, succedit collegium, & so-
 cius liberalitatis imperialis, in illa liberalitate, d. l. 1. si liber. imp. et.



- hoc sine hered. dec. lib. 10. C. exemplo coniunctionis & iuris eius accrescendi, quæ in hereditatibus, legatis, & bonorum possessionibus locum habet, & præfertur coniunctum disiuncto, l. 1. quan. non per. par. pot. accres. C. 1. si ex pluribus, de suis & legis. P. l. 1. §. his ita, & §. ubi autem, de cad. toll. C. l. re coniuncti, de leg. 3. l. triplex, de ver. sign. in bonis vbi coniunctio: vt etiam mercatorum collegium fisco præfertur, in bonis quæ habet in collegio mercator sine proximis decedens, non in aliis, l. D. Commodus, de iure fisco. P. Et succedit in eodem casu magistratus suis officialibus, l. si. C. de apparit. C. pref. prato. lib. 12. C. Quidbitat tamen Benedictus, ad d. c. Raynnt. & d. ver. & uxorem, & c. num. 255. num hæc vera sint in Gallia, vbi princeps iure vacantium bonorum, vt dicemus ca. seq. successiones sibi vindicat. Et ego certe puto, locum non habere: cum iure societatis introducta sint collegia, ratione cuiusdam finis publicæ negotiationis, politicæ, vel vtilitatis, l. 1. quod cuiusque vniuers. nom. P. Et societas post mortem non a daret, sed morte soluitur, §. soluitur ad hoc, de societ. apud Iustin. l. 1. & l. verum est, 64. §. si. pro soc. in P. ne pacto prorogari possit post mortem, vt per societatem impediatur successio intestati, vel proximorum, vel testamentaria, l. si fratres, §. si idem respondit, l. adeo, 60. eo. P. Et ideo oportet ad fiscum peruenire, quæ ex collegiis vel alia curiali societate, peruentura essent ad proximis defuncti ab intestato, si habuisset: ea vero, quæ etiam existantibus successoribus proximis, collegio, vel ex statuto, vel lege vel consuetudine solent reservari, nullis existentibus proximis ad collegium quoque, non ad fiscum pertinere. ¶ Proinde ¶ ecclesia aut monasterium, capitulumque ab intestato mortuo clerico, prælato, canonicis, vel fratre religioso, si ius habet exiuarum vel spoliarum, præfertur & proximis & fisco: si non habeat hoc ius, sed proximi non sint, defuncto succedit etiam in omnibus, si sint proximi, res suas tantum retinet, c. pen. & si. 12. q. 5. l. si quis presbyter. de episc. & cler. c. 1. de success. ab int.*
- 8 ¶ Mater & fratres ordinis Sancti Iohannis Hierosolymitani, per obitum priorum, castellanis, empofte, baiuliorum, commendatariorum, & aliorum administratorum bonorum ordinis, commune ærarium percipiunt mortuarii, & fructus vacantis prioratus, commende, castellanis, empofte, baiularis, vnius anni, computanda die S. Iohannis Baptistæ proxime mortem sequentis, vique ad alium diem sequentem S. Ioh. Baptistæ. vt habetur in statuto eiusdem ordinis milit. S. Ioh. Hospit. Hierosol. §. de communi ærario, c. 4. qui soluntur ab iis, qui in eodem ordine locum demortuorum subeunt, c. 8. eiusdem tituli. vbi sup. Insuper omnia bona mobilia & immobilia, quorumcunque fratrum eiusdem ordinis, pertinent post eorum mortem ad ærarium commune ordinis: vocant hæc spolia. Demtis fratribus capellanis & seruentibus officii, vt dicunt, quorum bona seu spolia perueniunt ad illos, in quorum prioratibus, baiulatus, & commendis, residentiam habuerint, c. 20. eiusdem tituli. Excipit statutum & vasa, & alia obsequio ecclesiæ deputata, quæ ecclesiis relinquuntur, c. 21. eo. quem admodum vtilitatis, vt ait, & instrumenta rustica, relinquuntur successoribus in administratione, diuisis tamen pecoribus inter successores in beneficio, & ærarium commune, c. 22. eod.
- 9 ¶ Erat ¶ antequam & in iure civili, successio in ius patronis in bonis liberi tantum, ex lege duodecim tabularum, si is deceisset sine legitimo herede, §. 1. de success. lib. l. 3. de suis & legis. hered. P. Iure prætorio pars dimidia deinde delata bonorum liberi, patroni, §. 2. d. tit. de success. lib. Subinde lege Papia, cum filiis liberi patronus in virilem partem vocatus, si tertium centum millium esset patrimonium, §. postea, eod. Postea & Iustinianus, decedentibus sine liberis ab intestato liberis, patronis ex lege duodecim tabularum, delatam successio nem referuauit, §. sed nos tra constitutio, eod. Succeditque libero non tantum patronus, sed etiam coniuncti vel proximi patrono vsque ad quintum gradum: vt si eiusdem patroni vel patronæ, vel duorum vel duarum plurimum liberi sint, qui proximi est, ad liberi seu libertæ vocetur successio nem, & in capita non in stirpes diuidatur successio: eodem modo & in iis qui ex transuetso latere veniunt seruando, d. §. sed nos tra. Nisi forsitan a patrono alicui ex liberis suis, vel alteri assignatus fuerit libertus: nam tunc ad eum solum peruenit liberti successio, §. 1. de assign. libert. l. 1. eo. P.
- 10 ¶ Erant ¶ & aliquando duæ successiones, antiquatæ deinceps per bonorum creditorum venditionem, & ex Senatufconsulto Claudio, quæ quia sublatae sunt, item quia viuorum erant non mortuorum, facie cano. quæris, de consec. dist. 4. l. si vnus, §. pater, verfic. sed si pater, de pactis, Pand. Guillelmus Benedictus

qua se habet per bonor. vendit. §. 2. & in eum Theophilum, & l. vnica, de Senatufc. Claud. tollent. lib. 7. C. tit. 24.

De delatione successio nis intestati in fiscum.

C A P. 16.

- 1 Fiscus defunctis intestatis, quando succedat. & seq. n. i.
- 2 Denariatus homo quis, & quis ei succedat.
- 3 Proximitatis gradus contra fiscum, quomodo probatur.
- 4 Fiscus priuatus succedens heredi, tenetur ad onera hereditaria.
- 5 Fendum rediens ad regem non facit hominum subdito regis.
- 6 Fiscus ecclesiæ præfertur fisco regio in successione clerici.
- 7 Ataphyis succedit in Gallia princeps.
- 8 Heredi indigno quomodo succedat. fiscus.

Deficientibus ¶ personis, quæ legitimam succedendi habeant auctoritatem, vel illis succedere aliqua ex causa prohibitis, vel nolentibus hereditatem defuncti, res publica & patria eiusque fiscus seu ærarium commune, quod penes regem & principem est, vocatur, tanquam ad bona vacantia, l. vacantia, 4. de bon. vac. lib. 10. C. l. si. fin. autem in furor. de curat. furia. lib. 5. C. tit. 70. l. vn. §. tum autem in superiore. de cad. toll. C. Et vbi princeps fiscum habet, a bonis vacantibus ciuitatis excluduntur, l. 1. de bon. vacat. lib. 10. C. tit. 10. Theodericus rex Gothorum scribit apud Cassiodorum lib. 5. varia. c. 24. Epiphano viro spectabili consulari provincie Dalmatice & in bet, bona cuiusdam Ioannæ quæ viro successerat, sine testamento mortuæ & sine proximis, vt cadauca fisco ad iudicari & aggregari. Idemque alibi, idem lib. 6. varia. c. 8. Cassiodorus docet, in formula comitiarum priuarum tertium, deficientibus legitimis heredibus, postremo loco bona intestati deferri ad fiscum. In lege Boiariarum sic quoque scriptum, c. 19. i. i. 3. Quod si maritus & mulier sine herede mortui fuerint, & nullus v. g. ad 7. gradum de propinquis, & quibuscumque parentibus inuenitur, cunctis res fisco acquirat. ¶ Succedebat ¶ ex lege Ripuarie princeps, seu eius fiscus, homini denariato vel denariati, id est, liberti per minimum coram principe iugeiuitati restituto, in l. Ripuar. i. i. 56. §. 4. ¶ Notandum ¶ autem est, in quaestione quia fiscus ad bona intestati venit, veluti ad vacata ex defectu cognatorum, si aliquis se dicat proximum & ex genere defuncti, & consanguinitatis gradum probare non possit, sufficere probasse, quod ipse & defunctus, de cuius agitur hereditate, habeantur pro cognatis vel consanguineis inter incolas loci vbi degebant, vel vbi defunctus habebat domicilium: vel quod se mutuo appellabant cognatos, vel quod dictam fuerit aliquando a defuncto, si cõtingeret eum decedere intestatum & sine liberis, quod ille suus futurus esset heres: vel quod defunctus in lecto mortuus fuisse sit, eum sibi esse proximum: vt scribit Masuerus in praxi tit. de prob. §. 33. incip. item si fiscus. Docet & Cynus ad l. non epistolis, C. de probat. Facit c. per tuas, de probat. Bal. in l. filium, de iis qui suat sui vel all. iur. P. ¶ Ceterum ¶ nemo dubitat, vt opinor, hereditates, quæ ad fiscum tanquam ad heredem deuoluuntur, transire in eum cum suis oneribus, & præstare fiscum onera, quæ priuatus succedens eidem præstaturus fuisset, l. si seruus, §. si quis, de lega. 1. l. fiscus, de iure fil. P. Res enim sequuntur sua onera, l. 2. de præd. & alio rob. n. n. n. libro 12. C. ca. reuelentis, de statu monachor. c. cum non sit, de deci. ¶ Expungendus ¶ tamen error Speculatoris in tit. de feud. v. s. 24. queritur, quem male sequitur Chassan. ad §. 1. ad ver. en payant & supportant, in des successions des bastards, in consuetud. Burgundum ait, quod si rex succedat alicui suo feudatario, qui tenebatur facere homagium seu hominum suo subdito & feudatario: quod rex etiam Francie tenetur illi etiam suo feudatario facere homagium pro illo fundo, in quo successit. Videtur enim alibi sibi contrarius, vbi disputat, n. n. rex Francie qui acquisierat a rege Aragonie ciuitatem Montispelessi, quam ipse Aragonie rex habebat ex fide & hominio episcopi & capituli eiusdem ciuitatis, tenebatur vt succedens in locum regis Aragonie, præstare fidem & hominum eidem episcopo & capitulo. Tandem enim resoluitur, Agid. Magi. in tract. de feud. & homin. ca. 1. citatque arctum eius res anni 1558. 25. Februarius, post multa, minime teneri regem hominum præstare suo vasallo, tum quod dominium non recognoscat in temporalibus, a per venerabilem qui filii sint, legit. tum etiam, quod omnia feuda mouentur & cadunt a rege. ¶ Er ¶ quando retrofeuda reuertuntur ad regem, redeunt ad primam naturam, & proinde non subiciuntur fidei vel hominio amplius, facit cano. quæris, de consec. dist. 4. l. si vnus, §. pater, verfic. sed si pater, de pactis, Pand. Guillelmus Benedictus

fisc explicat, quando fiscus succedit tanquam ab intestato, vel tanquam ex confiscatione, propter delictum. Et proinde ultra nihil addam, sed remittam egentem hac tractatione ad eundem, ad ca. Raynuius, ad ver. Et uxorem nomine Adelaquam, in successione ab intestato, a num. 270. vsque ad num. 298. de testam. & de vacantibus, sequentibus numeris. Nos quoque de hereditatibus, quæ in fiscum deferuntur, aliqua annotauimus lib. 3. Syntag. ca. 12. Exstat & decisio Rotæ 865. in antiquis, incipiens, *mortuo Titio*, titulus de testament. qua bona clerici decedentis sine legitimis hereditibus, fisco ecclesie adiudicantur, non secularis principis.

¶ Tritum tamen est in Gallia, regem vel fiscum eius succedere allophyliis iure albanagii, id est, iure alibi natorum, si regnicolis diplomate principis non fuerint infelici, & vt dicimus, si non

fuerint affiliati. Cui iuri suffragatur ius commune, *l. non lic. habi. Metrac. §. c. lib. 11. C. tit. 55. Notat. hoc Guilhelm. Bened. in c. Raynuius, in ver. Et uxorem nomine Adelaquam, decis. 5. numer. 48. Et seq. de testam. Pap. in rba pso. arefso. lib. 5. tit. 2.* Ita succedit quoque peregrinis decedentibus in regno, non naturali fatis, antiquata Authen. omnes peregrini, commun. de successione, exceptis scholasticis.

¶ Tenet tamen & fiscus locum heredis, quando bona heredi, tanquam ab indigno adempta, illi deferuntur, *vt in l. cum quidam. Et in l. Claudius, in fin. de iis quib. vt indign. Et l. 1. Et hereditas, vbi. Et videnda gloss. C. cod. tit.* Sed hæc & familia, magis ad ius confiscationis, & ad pœnas delictorum, quàm ad iura successione pertinent videntur. Ideo successioni ab intestato finem hic impono.

DE ACQVIRENDA, VEL AMITTENDA HEREDITATE. LIBER. XLVI.

De ratione huius libelli. Cap. 1.

- 1 Continuatio libri 46. ad precedentes. Et nu. 5.
- 2 Heres necessarius quis.
- 3 Heres suus, & necessarius quis.
- 4 Aditio hereditatis quibus heredibus non erat necessaria, & precedens.
- 5 Mortuus fuisse vinum ex consuetudine, quid significet.
- 6 L. cum heredes, de acq. poss. sub lata sit ex Galliarum vsu.
- 7 Aditio hereditatis an sine actu corporali fiat.

OSTENDAM iam superioribus libris explicauimus ea, quæ pertinent ad causam testamenti, & intestati defuncti: ordo videtur postulare, vt effectum vtriusque causæ doceamus, & communia pertractemus. Scopus vtriusque est, habere & constituere heredem, qui talis, nisi habeat, vel habuerit, vel velit habere hereditatem, vel ius hereditatis, non potest esse nec dici. ¶ Antiquitus tamen quidem erant heredes aliqui necessarii, qui velent nolentve, hereditatem habebant defuncti, Cuiusmodi: seruus heres institutus, qui omnino post mortem testatoris liber necessarius fit heres, §. necessarius, de her. qual. Et differ. l. lege Cornelia, 12. de testam. P. si is testatoris seruus, non si alienus, §. seruus, de her. instit. l. si alienum, eo. tit. P. & per institutus sit, reiecta conditione, si velit, quæ faceret illum voluntarium, lex parte, de acq. hered. P. l. si sub conditione, §. fin. de her. al. quin enim nisi in seruo conditio perpetua adiecta, l. Corn. de her. instit. P. l. verb. de cond. inst. Et hic seruus non eggebat aditione, sed cogebatur ob præmium acceptæ libertatis heres esse, l. de neces. her. inst. C. l. 1. qui manu. non poss. & talis erat a die mortis testatoris. ¶ Erant tamen & sui & necessarii heredes, liberi qui in potestate morientis fuerant eius mortis tempore, qui omnino, siue velent siue nolent, tam ab intestato quam ex testamento heredes erant, §. sui & necessarii, de her. qual. Et differ. l. si qui putat, 15. Et l. necessarii, §. 7. de acq. hered. lib. 29. P. tit. 2. l. constitutio, §. 1. de cond. Et demonst. P. l. filio, §. 7. §. 1. de instit. et rupt. P. d. l. lege Cornelia, 12. de testam. & in eos dominium & hereditas continuabatur ex lege 12. tab. sine aditione, l. in suis, 11. de lib. Et posth. l. in suis, 14. de suis & legit. P. donec prætor ipsis permisit volentibus se abstinere ab hereditate, vt potius parentum, quam ipsorum bona a creditoribus possiderentur, d. §. sui autem, de her. qual. Et differ. Et d. l. necessarii, §. 7. de acq. hered. l. nam nec, §. 1. de leg. 1. Et hoc beneficium viget adeo, in edicti perpetui transtulit potestatem, vt ea de causa non fuerit postea necessarium adiri prætorem viuentem, vel iudicem, vt abstinendi ab hereditate peteretur licentia, lei qui se non immiscuit, 12. Et l. si quis filium, §. 1. de acq. her. P. l. si min. se ab her. abst. lib. 2. C. tit. 39. ¶ Fierunt & alii necessarii heredes, in quibus nec creatio, nec aditio hereditatis erat necessaria: idque quo tempore decemuiralibus legibus Romani utebantur, & quando testamentum fiebat per æs & libram, & heres familiaris emebat, §. 1. de test. Gall. lib. 15. ca. 12. C. l. 1. d. Orat. tunc enim cum fiebat familiaris emancipatio, heres fieri & adire videbatur, in contractu emtionis fidem suam accommodando adhibitis testibus: vel ex contractu conueniri possit emtionis, §. 1. de em. l. 1. eo. P.

¶ Verum tamen tamen cum sequentibus temporibus placuerit, liberam relinqui hereditatis agnitionem, visum est æquum nemi-

nem cogi debere adire, l. nec emere, de iure delibe. C. Et proinde & de iure deliberandi tractandum fuit & spatium ante aditionem cernendi & consultandi datum, vt videret heres, vt tum sibi expediret hereditatem agnoscere. Proinde nos de hac iure ante acquisitionem vel repudiationem dicemus, & subiiciemus deinceps Deo fauente, quæ ad vtramque partem pertinent, quid, & quod duplex, de his quæ petuntur seu de petitione hereditatis, a quibus acquiratur vel per quos fiat aditio, de forma acquisitionis hereditatis per collationem, de personis quibus non queritur hereditas, & ibi de ademptione, repudiatione, de iure accrescendi, & de fine & rationibus acquisitionis, vel repudiationis. ¶ Et tamen quæquam in iure Gallico, & alibi de aditione corporali non valde contentatur, propter consuetudinem generalem, qua, mortuus fuisse vinum, de qua consuet. proprium opus, le mort fuisse le vis. edictis Tirag. hanc consuet. habere locum Papie, Mediolani, tradit & examinac. Barbat. consil. 58. incip. sapienter dicit Psalmista, in 14. col. cum 3. seq. in 2. vol. Simile statutum dicit Ioannes Imolens. consil. 16. in ciuitate Imolensi, & Franc. Aret. consil. 16. in Senensi ciuitate, tamen propter repudiationem, collationem, & ius deliberandi, vel ob inuentarii necessitatem, & alia quædam, quæ ex sequentibus apparebunt, valde vtilis & necessaria est aditionis & repudiationis speculatio.

¶ Neque tamen verum arbitrator, quod tradunt ex consuetudine sublatam esse, l. cum heredes, de acq. poss. P. Nam concessio, quod heredes in Gallia se dicant fidei iudices seu possessores hereditatis, sine alio corporali ministerio: nihilominus egemus illorum declaratione, vt sciamus num velint esse heredes, vel nolint aut velint repudiare, si enim cum heredes instituti sunt, iura trahunt ad illos a morte testatoris, egent de declaratione repudiationis, nisi velint se implicari oneribus hereditariis. ¶ Addit tamen Baldus, quod existante hac consuetudine, per quam fiat translatio sine actu aliquo possessionis, ideo non censetur sublatum remedium possessionis ad adipiscendam executionem. Et quamuis possessio ipso iure continetur in heredem perinde, ac si fuisset apprehensa: tamen quia ipsa possessio est iuris, pro adipiscenda actuali possessione, potest in teutare quis remedium, l. si de edict. D. Adriat. tol. quod est remedium adipiscendi rem, & interdictum quorum bonorum. De quibus vide fide disputantem & citantem interpretes Bart. Chastanum, ad §. 1. de successione, nu. 1. 2. 3. 4. vbi & de consuetudine, le mort fuisse le vis, &c. in consuet. Burg. Vbi & restringitur regula illa in quatuor casibus, inter quos & excipitur causa heredum succedentium ex testamento. Sed & si is qui dicitur fidei iudex licuit ex consuetudine, vendat ius suum alteri antequam adipiscatur reale possessionem, talis emtor non poterit se dicere vestitum vel fidei iudicem, Bal. ad rub. de caus. poss. Et propr. Chast. ad §. 14. ad ver. la femme Mariee, nu. 15. des droits appartenans a gens mariez, in consuet. Burg.

De iure deliberandi. Cap. 2.

- 1 Deliberandi iuris causa impulsiva.
- 2 Heres qui cepit administrare, non habet ius deliberandi.
- 3 Deliberare unde dicatur.
- 4 Creatio hereditatis quid, & forma: duplex, vulgaris & continua, & qua, nu. 5.
- 5 Creatio num distingueretur ab aditione.